This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N Stack
20h RBS

~~15~~

62178

2m

[illegible]

a. d. XIX kalend. Sept. MDCCC

Gedani.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΟΜΟΙΩΝ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΛΕΞΕΩΝ

AMMONIVS

DE

ADFINIVM VOCABVLORVM DIFFERENTIA

CVM SELECTIS

L. C. VALCKENARII

NOTIS ATQVE ANIMADVERSIONIBVS

EDIDIT

SVASQVE OBSERVATIONES

ADIECIT

CHRISTOPH. FRID. AMMON

BARVTHINVS

ERLANGAE

SVMTIBVS IOH. IAC. PALMII

1787.

ASHMOLEAN MUSEUM
LIBRARY
7 OCT 1964
OXFORD

CL

VIRIS

ERVDITISSIMIS ET DE LITTERARVM FLORE OPTIME MERITIS

SVMME REVERENDO

IO. ZACHARIAE LEONHARDO

IVNKHEIM

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI

SERENISS. MARGGR. ONOLD. SVMMO DIOECESIBVS SACRIS PRAEFECTO CONCIONATORI AVLICO SVPREMO SENATVI ECCLESIASTICO IISQVE QVIBVS CVRA FRIDERICO ALEXANDRINAE VNIVERSITATIS ADSCRIPTO

FAVTORI SVO INDVLGENTISSIMO

ATQVE

ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO

THEOPHILO CHRISTOPHORO

HARLES

PHILOSOPHIAE DOCTORI

SERENISS. MARGGRAVIO BARVTHINO A CONSILIIS AVLAE PROFESSORI ELOQVENTIAE ET POESEOS IN FRIDERICO ALEXANDRINA CELEBERRIMO SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORI ET BIBLIOTHECAE PVBLICAE PRAEFECTO PRIMARIO

PRAECEPTORI INNVMERIS NOMINIBVS

COLENDO

LEVES HAS STVDIORVM ACADEMICORVM

PRIMITIAS SACRAS

ET

EXIGVVM ANIMI DEVOTI DOCVMENTVM

ESSE CVPIT

EDITOR

DEDICATIO

Nominibus magnis tenues ornare libellos,
Addere ſi paruis lumina magna decet;
Ammonio VESTRA *quoque nunc ſplendeſcere luce*
Et pede VOS *timido forſan adire licet.*
Qui magis exiguum poſſem decorare libellum,
Quam ſic eximiis egregiisque VIRIS?
Nomine IVNKHEMI *laetum ecce ſuperbit Onoldum,*
Atque tenere diu TE VENERANDE *cupit.*
Mira TVAE *ſuadae dulcedo pectora mulcet,*
Auguſtusque TVO *ſplendet in ore decor.*
Scrutator felix in ſacris atque profanis
Sublatus celeri tendis ad aſtra gradu.
Vix TE, *dulce meum decus*, HARLESI, *celebrare*
Carmine ſat digno Muſa puſilla poteſt.

TE placidò veteres ornant amore Camoenae
Et nectunt capiti laurea ſerta TVO.
Ingenii monumenta TVI poſt fata ſuperſtes
Gloria ab aeterna poſteritate manet.
Accipitè exilem librum, rogo, fronte benigna:
Laetus tunc operae praemia magna tuli.

CHRISTOPH. FRIDER. AMMON
BARVTHINVS

PRAEFATIO
EDITORIS.

Si verum eſt, quod litterarum hiſtoria nos edocet, Grammaticos, inprimis eos, qui Alexandriae ex ARISTARCHI ſchola tanquam ex equo Troiano prodiere, eo de lingua Graeca non parum meruiſſe, quod luxuriantem iam tum temporis linguae vſum reſciderunt, vocabulorum adfinium differentias certis limitibus diſterminarunt, idoneisque demum locis auctorum veterum adlatis voces degeneres ad originem ſuam reuocarunt, vix vllum adhuc ſuperfuturum eſſe iudico, qui haec Grammaticorum ſtudia inania pronuntiare iisque merita ſua

abiudicare audeat. Quis neſciat indefeſſum ARISTARCHI de reſtituendis HOMERI ſcriptis ſtudium? Quis non aeneam DIDYMI illius vere Χαλκεντερου, qui ter mille et quinquaginta libros, ſiue libellos potius conſcripſiſſe fertur, admiretur diligentiam? Quis ignoret denique praeſtantiſſima ARISTOPHANIS Grammatici, TRYPHONIS, HERACLIDARVM, AELII DIONYSII, aliorumque ſcripta, quae vel plane interciderunt, vel particulatim tantum in HESYCHII, EVSTATHII et SVIDAE libris ſuperſunt, qui hodie non raro, neglecta veri auctoris mentione, temporis quodam beneficio aliorum opera ſuperbiunt? Iniuſtus eſſem erga AMMONIVM meum, ſi inter principes harum rerum ſcriptores locum ei denegandum cenſerem, cum ſummi Viri *) vtiliſſimi auctoris atque Grammatici eruditiſſimi laudem ei tribuerint. Quo quidem in teſtimonio cum lubens adquieſcam, vix opus erit, vt iteratis

*) Vid. VALCKENARII praef. ad AMM. ſub finem, et HARLESII V. C. Introductio in Hiſtor. Ling. Gr. p. 589.

ratis encomiis AMMONIVM extollam, cuius nouam editionem aequis litterarum Graecarum amatoribus nunc exhibeo.

Non multo post, ex quo exoptatissima illustris HARLESII institutione vti mihi contigit, inter alia scripta praeclara, quorum ex bibliotheca exquisitissima tironibus copiam facit Vir praestantissimus, etiam cum iis, qui supersunt, Grammaticis Graecis familiaritatem quandam contraxi. Placuit nimirum in eorum libris subtilitas quaedam et discernendi sedulitas, quae, licet in nonnullis ab insana Scholasticorum distinguendi libidine parum abhorreat, facile tamen frequenti auctorum proborum lectione tentari et ad cotem seueriorem exigi potest. Quo quidem in negotio per tempus aliquod versatus, cum scripta Grammaticorum inter se contulissem atque saepius non sine voluptate in manifesta eorum plagia incidissem, AMMONIVM linguae Graecae peritia, eruditione et obseruationum dexteritate non parum inter eos eminere, facile intellexi. Dolui primum sor-

tem lepidiſſimi auctoris, qui, ſiue ob pretii caritatem, ſiue alias ob rationes, in Germania multis linguae Graecae ſtudioſis ne nomine quidem cognitus eſt: deinde libelli vtilitate, nec vano, vti quis ſuſpicetur, ὁμωνυμίας pruritu, permotus, nouae eiusque compendiariae editionis curandae conſilium cepi, cuius rei rationem nunc paucis declarabo.

Nouam textus, licet multis in locis adhuc in mendo cubet, recenſionem exhibere nec volui, nec potui. Tanta enim eſt Codicum libelli noſtri MSS. raritas, vt hac ex parte votis meis ſatisfacere nullo modo potuerim. Hanc ob rationem a recenſione VALCKENARII parum diſceſſi, et in quibusdam etiam locis, vbi emendatior ſcriptura facile potuiſſet reſtitui, v. c. ποιησις et σωματος in n. Ἀλλοιωσις, librariorum oſcitantiae documenta ſtudio in textu reliqui. Reuocaui tamen in quibusdam obſeruationibus genuinam lectionem ex EVSTATHIO, aliisque Grammaticis: in aliis etiam VV. DD. emendatio-

dationum, quae mihi quidem innotuere, nonnullas in textum recepi. Diſcrepat autem haec editio a VALCKENARIANA ſequentibus in locis: v. Ἀναλγητος recepi MS. voss. lectionem: in v. Βωμος textum occuparunt ARNALDI et VALCKENARII emendationes: n. Γερων reuocaui EVSTATHII lectionem: v. Γραμμα reduxi *vett. edd.* et MS. ſcripturam: v. Ἐξανεψιοι mutaui accentum: n. Ἐπιτιμος recepi lectionem edit. FRELLONII: n. Ἐρωταν mutaui vulgatam ex EVSTATHIO: v. Ἐξαῖ placuit VALCKENARII coniectura: v. Θυεσθαι emendaui operarum vitium: in nott. Ἱερα et Ἰσοτελης adblandiebatur HARPOCRATIONIS ſcriptura: vv. Ἰδι et Κυειν mutaui textum ex recentiori VALCKEN. emendatione: vv. Λαλειν et Λεμβοι recepi TOVPII coniecturas: v. Μετρειθαι introduxi EVSTATHII lectionem: v. Πω adriſit ed. ALDINAE ſcriptura: v. Πρεσβεις diſceſſionem a VALCKENARIANA ſuaſit cl. d'ORVILLIVS: v. Σκωμμα denique eruditiſſ. OVDENDORPII emendatio reliqua-

liquarum edd. lectione praestare videbatur. Maiorem lectionum variantium segetem ex Codice Traiectino publicauit SEGAAR V. V. in *epistola critica ad* VALCKENARIVM etc. quem libellum illustris BERGSTRAESSERI beneuolentiae acceptum refero. Hinc multae bonae frugis lectiones enotari et non paucae AMMONIO restitui potuissent. Sed cum typothetae in excudendo Grammatico meo iam longius progressi, quo minus id fieri potuerit, prohibuerint, omnes quas noui, MS. istius diuersas lectiones post praefamina typis repetendas curaui. Reliquas editionum et MS. VOSSIANI discessiones, quas celeberr. VALCKENAER passim in notis indicauerat, in ordinem redegi, vnius editionis variantes lectiones adiunxi, easque cum illis, quae criticae audiunt sensu stricto, adnotationibus, textui subieci.

In addendo commentario hanc secutus sum rationem. VALCKENARII notas atque animaduersiones selegi: in posterioribus

ribus multa, quae ad AMMONIVM minus ſpectauerunt, reſcidi, meaſque adnotationes paſſim adieci. EVSTATHIVM, Noſtri opera ſaepiſſime vſum, reliquosque Grammaticos cum Noſtro contuli, eorumque obſeruationes, vbi dignae videbantur, excerpſi. Auctorum, qui ab AMMONIO laudantur, vulgo minus cognitorum, breuem notitiam in gratiam tironum, quibus FABRICII *Bibliothecam Graecam* ſiue cl. SAXII *Onomaſticon* non ſemper adire licet, ex SVIDA aliisque fontibus adieci. In reliquis autem commentationibus ita verſari ſtudui, vt neque ea, quae alicuius videbantur momenti, intacta praetermitterem, neque prolixis excurſibus libelli volumen nimis extenderem.

Nunc de ipſo huius libelli auctore quaedam adhuc in medium proferre iuuabit. Non multo poſt, ex quo Grammatici noſtri libellus ope ALDI MANVTII, de vniuerſa re litteraria immortaliter ſane meriti, primum in lucem prodiit, eum vel incerto cuidam auctori, vel PHILOPONO, vel

vel HERENNIO PHILONI tribuerunt Viri docti. Cum enim vtriusque mentionem feciſſet EVSTATHIVS, atque praeter aliorum Grammaticorum ſcripta etiam horum et noſtri ſcriptoris obſeruationibus, in conſarcinandis ſcholiis ſuis vſus eſſet, nuſpiam vero AMMONIVM laudauiſſet; ſine dubio etiam noſtrum libellum alteriutri adſcribendum eſſe crediderunt. Quod quidem argumentum etſi ſatis leue ſit, nec ab eo probari poterit, cui frequentia Scholiaſtarum et Lexicographorum plagia non ſunt ignota, vix tamen primum potui, quin huic ſententiae calculum meum adiicerem, quum ſequentem legiſſem in ſcholiis ad *Od.* M. p. 495. HERENNII obſeruationem, ab AMMONII nota v. Νῆες non longe diſcrepantem: Ἑρεννιος οὖν Φιλων διαφερειν φησι νηας πλοιων κατα Διδυμον. τα μεν γαρ στρογγυλα, αἱ δε στρατιωτιδες, εἰς ὁ φερει χρησιν. Ἀριστοτελους ταυτην· Ἀλεξανδρος ὁ Μολοττος, αὐτον μεταπεμψαμενων Ταραντινων προς τους βαρβαρους πολεμον ἐξεπλευσε ναυσι μεν πεντεκαιδεκα, πλοιοις δε συχνοις ἱππαγωγοις τε και στρατιωτικοις.

Cum

Cum vero vidiſſem, vtrumque obſeruationem ſuam e DIDYMI commentariis hauſiſſe, in quibus totidem fere verbis exſtiterat, cum ex ſcholiis ad *Il.* M. p. 867. intellexiſſem, HERENNII libellum inſcriptum fuiſſe περὶ διαφορῶν σημαινομένων, cum denique ingens Grammaticorum numerus, in elaborandis eiusmodi ſcriptis occupatorum, animum ſubiiſſet; ſtatim hanc opinionem repudiaui. Reliquas de HERENNIO et PHILOPONO ſuſpiciones feliciter remouit eruditiſſ. VALCKENAER in praef. ad Noſtrum, ita, vt hoc labore facile ſupersedere poſſim. Fuiſſe quendam antiquitatis AMMONIVM ſcriptis Grammaticis inſignem, atque procul dubio libelli noſtri auctorem, ex teſtimonio ETYMOLOGI pag. 714. l. 17. et ex ineditis ad HOMERVM ſcholiis, mox copioſius laudandis, ſatis ſuperque patebit. Sed tantum abeſt, vt cuncta nunc plana atque extra omnem dubitationis aleam poſita exiſtimare poſſimus, vt nouis potius, iisque maioribus impedimentis vndique nos circumuentos ſentiamus. Tantam

tam enim AMMONIORVM copiam tulit antiquitas, vt ſummos iam Criticos exerceret quaeſtio, cuinam inter illos libellus *de vocum differentiis* tribuendus ſit? Nihil itaque praeter rem mihi facere videor, memoria digniſſimos, addita de quouis ſententia noſtra, breuiter commemoraturus. Antiquiſſimus, ni fallor, AMMONIVS eſt Alexandrinus ille, ſucceſſor ARISTARCHI in ſchola eius celeberrima, Alexandriae. Huic quo minus is, de quo agimus, adſcribatur libellus, prohibent temporis rationes. Quia enim in Noſtro citantur multi ſcriptores ſub AVGVSTO, ſiue poſt eum clari, ARISTARCHVS vero, quem celeberr. SAXIVS in Onomaſtico ad A. M. 3849. refert, cum ſucceſſore ſuo ante eius imperium vixerunt, prono alueo fluit ſententia, de hoc neutiquam hic cogitari poſſe. Sic V. C. TRYPHON, AMMONII huius filius *), ſaepiſſime in libello noſtro citatur et non raro perſtringitur. Alius, quem huius opuſculi auctorem

*) Vid. *Suidas* v. Τρύφων, T. III. p. 513.

tem ſuſpicari poſſimus, eſt ille, quem VALCKENAER in praef. ſeculo p. C. I^mo aut ſub initium II^di vixiſſe, duplici argumento probaturus erat, altero ex libelli noſtri quodam loco, altero vero ex Grammaticorum, ab AMMONIO memoratorum agmine deſumto, qui ei vel aequales, vel ante eum inſignes laude fuerunt. Cui quidem ſententiae, quam multa etiam ſint, quae ei faueant, tam frequentes dubitationes obmoueri poſſunt. Quod enim ad Grammaticorum aetatem attinet, ab AMMONIO citatorum, ea valde eſt incerta, nec a nobis ſic cognita, vt omnes ad ſec. I^mum ſine dubio reiicere poſſimus. Eadem fere eſt ratio ſecundi argumenti, quod in adnotatione ad iſtum praefationis VALCKENARIANAE locum paucis dilucidare ſtudui. Sed haec omnia, ſi etiam minoribus difficultatibus laborarent, quis eſſet quaeſo AMMONIVS ille ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων auctor, HERACLIDAE diſcipulus? Quis auctorum Grammatici huius temporis atque nominis vnquam facit mentionem? Ego

quidem ignoro huius aeui AMMONIVM quendam, praeter PLVTARCHI praeceptorem: neque huic vel inuito libellum noſtrum obtrudere poterimus, minus opportuna APOLLONIDIS Nicaeni, aliorumque apud Noſtrum obuiorum, cum eo ſocietate. Conſtat praeterea Athenis huncce vita deceſſiſſe, neque probabile eſt, eum ſectae ARISTARCHEAE, Alexandriae florentis, aſſeclam fuiſſe.

Sed adhuc ſupereſt AMMONIORVM cohors, quorum memoratu digniſſimos mihi tantum liceat in medium proferre breuitatis ſtudioſo. Reſtant adhuc AMMONIVS Saccas, Ἀμμουν, monachorum Aegyptiorum pater, AMMONIVS quidam Longus, AMMONIVS Alexandrinus idolorum cultor, et Ammonius denique HERMEAE filius. Horum primum, vix credibile eſt, librum conſcripſiſſe, adſiduum a teneris veterum auctorum ſtudium requirentem, cum a prima inuentute non niſi ſaccis bene portandis humeros adaptaſſet. Nolo interim

hac

hac σαπκοφοριας mentione meritis et eruditioni huius AMMONII, qui PLOTINI et ORIGENIS praeceptor fuerat, aliquid detrahere. Hoc tamen adſeruiſſe licebit, illum magis illorum temporum philoſophiae, quam vero Grammatices ſtudio, inclaruiſſe. AMMON monachus et Longus *) de conſcribendis libris profanis nunquam cogitaſſe videntur. HERMEAE filium qui libelli noſtri auctorem pronuntiarent, fuere quidem: ſed iam refutauit eos FABRICIVS **).

*) Liceat mihi ex vtriusque vita pauca deprompere. Ἀμμων monachus, cum propinquorum precibus victus, nuptias celebraturus eſſet, ſponſae cum ſolemni pompa in cubiculum deductae, digreſſis neceſſariis, caput ex PAVLI epiſtola ad Corinthios praelegit, et expoſitis coniugii incommodis, ei perſuaſit, vt incorrupta virginitate vitam ſolitariam ſecum in monte Nitriae degeret. Alter magnos honores et dignitates auerſatus, cum ad epiſcopatum traheretur, dextram aurem ſibi amputauit, vt corporis mutilatione ordinationis honorem effugeret. SOCRATES in H. E. L. IV. c. 23.

**) In B. Gr. T. IV. p. 174

Solus itaque adhuc ſupereſt Alexandrinus, in cuius commemoratione pauliſper adhuc verſabimur.

AMMONIVS Alexandrinus, quem praeter illum ARISTARCHI diſcipulum, quantum quidem ſcio, ſolum Grammatici nomine inſigniuerunt veteres, vixit circa annum C. 389. *) Ipſum procul dubio iam a iuuentute literis vacauiſſe variamque eruditionem ſibi comparauiſſe, vel inde patet, quod ex eius ſchola prodiit SOCRATES ſcholaſticus, Vir doctiſſimus. Scribit enim iſte SOCRATES **), ſe adhuc adoleſcentulum Conſtantinopoli HELLADII et AMMONII Grammaticorum inſtitutione vſum eſſe. Vixit vero hic Grammaticus Alexandriae, quantum ex libello noſtro colligimus, ſectae ARISTARCHEAE deditus, atque ſtrenuus ſuperſtitionum ethnicarum aſſecla, quippe qui iam inualeſcente tunc temporis Chriſtianorum religione, Πυθικου ſacer-

*) Vid. cl. SAXII Onomaſt. T. I. p. 449.
**) In Hiſt. Eccl. L. V. c. 16. Ed. Mog. p. 275.

ſacerdotio fungi non dubitaſſet. Hic muneris ſacri tranquillitate fruens, ſcripta ſua, ſi quae confecit, procul dubio elaborauit. Dulci enim hoc literarum otio priuatus eſſe videtur tumultu illo, Alexandriae ob idolorum exſtirpationem exorto, quo eum in Simiam ſuam religione exarſum THEODOSII mandato vi atque armis reſtitiſſe, veriſimile eſt. Quapropter imperatoris et THEOPHILI epiſcopi animaduerſionem extimeſcens, vrbe patria cum multis aliis relicta, cum HELLADIO collega Conſtantinopolin ſe contulit, Grammaticam ibi profeſſus. Haec omnia ſunt, quorum notitiam de hoc AMMONIO nobis ſeruauit aetas, haud quidem omnino ſufficientem, vt ei confidenter libelli noſtri confectionem adſeramus. Nihilo tamen ſecius id iam factum eſt a Viris ſummis, inter quos FABRICIVS l. c. neque ego iis, quas adduxi, rationibus permotus, ab hac ſententia diſcedere audeo. Cui enim AMMONIO opuſculum noſtrum adſcribamus, cum id reliquis a nobis recenſitis vix tribui poſ-

ſes ostenderimus? Quis esset ille sectae suae tam strenue addictus? Cum quo tutius conspirabit scriptorum ab eo laudatorum aetas? Haec me retinuere, quo minus cum VALCRENARIO de AMMONIO antiquiore cogitarem, atque haec nobis sufficere credidi, vsque dum aliunde auctori nostro maior lux, inexspectato forsan adfulgeat.

Scripta, quae vulgo ei tribuuntur, sunt, περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων, et liber MS. publica luce hucusque nondum donatus, περι ακυρολογιας. In scholiis ad HOMERVM ἀνεκδοτοις Bibliothecae Venetae S. Marci, quorum in lucem edendorum spem nobis fecit gratissimam illustr. de VILLOISSON *), inter multos alios ARISTARCHI discipulos atque τους των Ομηρικων ἀπορων λυτικους, vt EVSTATHII verbis vtar, saepius etiam ad partes vocatur AMMONIVS Alexandrinus ἐν τω προς Αθηνα-

*) In *Anecdotis Graecis* T. II. p. 184. *Venet.* 1781.

νοκλεα συγγραμματι et ἐν τω περι των ὑπο Πλατωνος μετηνεγμενων ἐξ Ὁμηρου et ἐν τω περι της ἐπεκδοθεισης διορθωσεως. Ex his forſan ſcholiis, ſi in publicum aliquando prodierint, multa ad vitam et ſcripta AMMONII ſpectantia, adcuratius definiri poterunt.

Quod ad libellum, de quo agimus, attinet, ei grauiſſima vulnera in locis maioribus atque citatis inflicta deprehendimus, quae apertam interdum librariorum inſcitiam teſtantur. Neque tamen prorſus horum incuriae tribuere velim locorum citatorum diuerſitatem, alio ex fonte adhuc deriuandam. Merito igitur oritur quaeſtio, vnde originem duxerit mira locorum ex aliis ſcriptoribus aduocatorum diuerſitas atque deprauatio, quae, ſi cum codicibus, qui in notitiam venerunt noſtram, et editionibus conferantur, toto coelo ſaepiſſime inter ſe differunt. Quae quidem cogitatio tunc inprimis mentem ſubit, ſi primas Grammatici noſtri editiones MSS. lectionem

fideliter adhuc ſecutas, inſpicimus. Facillime quidem toto negotio nos expediemus, ſi vnius eiusdemque ſcriptoris codices, iam antiquis temporibus in locis quibusdam diſcrepantes fuiſſe, contenderimus. Sic ſcholiaſtae ARISTOPHANIS lectiones codicum varias iam notarunt: atque EVDOCIA, aut quisquis fuerit VIOLARII collector, codicem SVIDAE valde corruptum manibus triuit atque expilauit. Certe veri aliquid habet haec ſententia, quam nemo plane repudiabit, qui difficultates nouerit, vel exercitatiſſimo in libris adcurate deſcribendis ſuperandas. Vereor interim, vt illa nobis vnice ſatisfacere poſſit, propterea que duplicem adhuc in ll. cc. lectionum varietatis rationem adiungendam eſſe cenſeo. Prima ſic ſe habet: *ſaepiſſime ex memoria citauit* AMMONIVS, inprimis loca eiusmodi ſcriptorum, qui aeuo ſuo in omnium manibus et Grammaticis notiſſimi erant, v. c. HOMERI, EVRIPIDIS. Quam adſidua enim manu Grammatici antiquorum Claſſicorum ſcripta verſa-

ſauerint, vel ex SVIDA patet, aliisque catalogis innumerorum commentariorum, quibus HOMERVM in infinitas paene partes diſſecuerunt, et qui maximam partem, ſiue temporis iniuria, ſiue beneficio, ad nos non peruenerunt. Alteram rationem in recentiorum librariorum tarditate et corruptela inueniſſe mihi videor. Nusquam potius haeret inſcitia, quam in locis verbisque citatis, quae per ſe ſenſum plenum non ſemper conſtituunt et aliqua tantum ex parte ſcriptoris fini reſpondent: nuſpiam ſciolorum librariorum emendandi pruritus plenius ſe exſeruit. Huiusmodi fragmenta ſunt verae cautes atque ſcopuli, in quibus ſummi ſaepe Critici haeſerunt et naufragium fecerunt.

Sed haec de AMMONIO atque eius libello dicta ſufficiant. Quod reliquum eſt, nihil magis habeo in votis, quam vt Viri eruditi leuem hunc-

ce laborem iuuenilem non plane improbent et a maturiore aetate aliquando maturiora exſpectent. Scripſi Erlangae XII. Calend. Maii cIↃIↃCCLXXXVII

PRAE-

PRAEFATIO

VALCKENARII V. C. *)

Ammonii Grammatici libellus, indigno loco neque vllo ſuo merito paene abiectus, in hunc vsque diem delituerat. Accidit inopinanti, quum aduerſaria Iſ. Voſſii verſabam, quae Lugduni ſunt Batauorum, vt varias etiam in Ammonium lectiones offenderem e ſcripto Codice cum cura enotatas. Tum primum Amm. cognoſcendi inuaſit me cupido. Vbi animum huc conuerti, protinus non vulgares libelli dotes perſpicere occepi, et praeſtantiſſimi Auctoris ſortem leuiter dolui, qui cum foedis maculis, quas plerorumque errorum, qui Veterum ſcriptis inſident, procreatrix, inconſulta correctorum temeritas, ſeu Veterum librariorum inſcitia invexerant, deturpatus etiamnum iaceret, gra-

*) Eruditam V. C. praefationem typis hic repeti, nemo facile, qui eam legerit, ſuperuacaneum iudicabit. Ne tamen in molem excreſceret libellus, multa, quae nunc minus ad rem facerent, reſcidimus. A.

grauiſſimam quoque ab H. Stephano iniuriam perpeſſus, dum alii meliuſcule habebant, et finitimae materiae ſcriptor, ad huius bonitatem nulla ratione comparandus, Phrynichus commodam doctorum hominum manum dudum fuerat expertus. Neque nupera haec mea erat querela: ante hos certum et ſeptuaginta annos ad hunc modum ſcriptum eſt a Paulo Leopardo in libro X. emendatt. c. VI. *Extat de differentiis vtiliſſimus libellus, quem quidam Ammonio tribuunt* — Sed dolendum eſt, eum tot *in locis mendoſum eſſe*: quin etiam *in multis eſſe illum prodigioſe mendoſum*, adſeruit XI. emend. c. XV. Pulcrum itaque eſſe exiſtimabam, rem in medio omnium poſitam mihi vindicare, et in Ammonio emaculando, iſtius artis, quae pulcerrima iudicatur, periculum facere. Non eram MSS. copia inſtructus, ſine quorum adiumento, quae Veterum ſcriptis admouetur medicina, in multis periculoſa cenſetur: verum tamen ea erant ad manum ſubſidia, quae ſcriptorum Codicum vices in AMM. emendando ſuſtinere poſſe viderentur. Horum auxilio magnam mendarum partem ſuſtuli, atque opuſculum hacce tandem exegi.

Recudi vero curaui Ammonium ſecundum literarum ſeriem diſpoſitum, qualem nobis tradidit Aldus, quem hac in parte reliqui etiam

edi-

editores ſunt ſequuti. Par eſt, vt credamus, ea ratione extitiſſe Amm. in ſcripto, quem Aldus vſurpauit, codice, neque etiam aliter hunc libellum legit Moſchopulus: nam in vocum Atticarum, quam confecit, Sylloge, alibi parce Ammoninm deſcribit, ex litera autem K. plurimas Amm. obſeruationes propoſuit. Eo haec a me dicuntur, quod perſuaſus ſum, Ammonium Lexicon conſcripſiſſe, quod vocant ἀτακτον et quas tradit verborum differentias in certas potius claſſes diſparaſſe, neque vllam habuiſſe ordinis literarum rationem. Primum, quoniam is ordo Veterum repugnat conſuetudini, deinde libelli naturae. Addde quod eodem frequenter recurrant, quae manifeſto recentioris curam produnt, qui lectoris, vt putabat, commoditati ſeruire voluerit. Clariſſimum denique huius rei argumentum ex animaduerſionibus noſtris [vid. n. καν9αριζειν] peti poterit. Dedi itaque operam, ne errorem, quem corrigere non potui, propagarem. Scilicet ita eſt ſecundum literas concinnatus Ammonius, vt binarum priorum tantum habita videatur cura, reliquarum nulla. Hunc ordinem non migraui. Etiam Phrynichum, quem primus Editor literarum ſeriei adligauerat, hac parte meliorem, ſcripto libro adiutus, ἀτακτον nobis reſtituit Nunneſius: eamque ſcribendi

di methodum, quoad primas vocum literas indigeſtam, huiusce moduli ſcriptores adeo frequentauerunt, vt ne Ptolemaeus quidem, qui dicitur Aſcalonita, ab ea ſeſe abſtinuerit.

Deinde verſionem Ammonio non adieci. Ob vulnera, qua Ammonio inflixerunt, nihil ego in librarios veteres grauius dicendum cenſuerim: primum quoniam Auctorum loca deſcribere non faſtidiuerunt, deinde quia errorum, quos commiſerunt, incredibili multitudine illos omnes deterruerunt qui olim in huiuscemodi etiam libris Latine vertendis obſcuram operam collocarunt. Saepius animo obuerſatur calidum hominis venuſtiſſimi, Mureti dictum, ſed in hanc rem oppido opportunum ex Var. Lect. III. c: XV. *Conuertunt, aut inuertunt potius et peruertunt omnia, — Grammaticos, etiam ea, quae naturam, vt verti poſſint, non habent.* Quibus absque verſione ad Grammaticos aditus non patet, hos volo rogatos, vt manus ſuas libello noſtro non admoueant. Si quis porro hic criminari velit, rei difficultatem a me pulcre obtectam, ſeu quomodocunque demum ſoleat hac in re multum diſputare, per me equidem licet, vt ingenio ſuo non aduerſetur.

Quid itaque praeſtiterim, ſcire ſi deſideres, haec habeto. Inter editiones Ammonii, quae pluri-

plurimae circumferuntur, illa ſuo merito cenſetur optima, quam Theſauri Graeci appendici inſeruit H. Stephanus: ab hac editione non diſceſſit Bonau. Vulcanius. Stephani editionem recentaui. In notis id mihi fuit propoſitum, vt huius editionis, quam vulgatam voco, mendoſas lectiones detegerem et emacularem *). Subſidia, quibus eum in finem vſus ſum, haec fuerunt. Primum doctorum coniecturae: deinde collatio MS. et variarum editionum: tandem Grammatici, qui Ammonii notas deſcripſerunt. Sine adminiculis etiam fuit coniectandum.

Inter Virorum doctorum coniecturas, quarum offendes in notis memoriam, cum bonitate ſua, tum Auctoris nomine elucent Scaligerianae. Eas debes exemplo Theſauri Vulcanii, quod ex Voſſiana bibliotheca in Batauam delatum nobis inſeruiit. Non quidem Scaligeri, verum Iſ. Voſſii nomen is liber praefert, e quo Scaligeri notas depromſi. Sed literarum tractum Scaligero proprium probe calleo, itaque emendationes ab huius manu profectas agnoui: ad Scaligerum proinde eas referre peni-

*) Quamuis non omnes VALCKENARII notae in hac editione recuſae ſint, criticas tamen plerasque, in iis quas textui ſubiiciendas curaui adnotationibus, reperire poterit L. B. A.

penitus non dubitaui. Vulcanii caſtigationes editas ſuis locis ferè memoraui: integras notas adiicere commodum non erat. Aliorum autem, vbi ſparſim ſuis in operibus, occaſione inuitante, Ammonio operam dederunt, emendationes, quas quidem cognitas habuerim, vniuerſas huc retuli. Verum hac in parte ſine dubio pernimium deficit.

Deinde ex Variis in Amm. lectionibus, quas e MS. aduerſariis inſeruerat Iſ. Voſſius, ſuis etiam emendationibus interpoſitis, multum profeci. Etiam leuiores et nulli forte vſui futuras omnes produxi. Vtinam moleſtum laborem peregiſſet Vir clariſſimus! qui ad vocem Ἐμπειρία ab incoepto deſtitit.

Prima Ammonii editio ab Aldo procurata pro meritis ſatis a me laudari non poteſt. Ab hac editione poſtea operarum negligentia et mala correctorum ſedulitate, in plurimis fuit receſſum: id enim ſcriptorum Codd. auctoritate factum non fuiſſe, clariſſimum in modum mihi adparuit. Poſt Aldum nunquam ad ſcriptum librum Ammonius a quoquam editorum fuit collatus. Stephanus, cuius nos hic editionem ſequimur, vnus omnium editorum ab Aldina receſſit quam longiſſime. Is Homeri et aliorum ſcriptorum loca, quae minus plene adferri vi-

de-

debantur, ſuo periculo ex editis ſuppleuit et correxit, malo inſtituto, ſed ſatis tum vulgato. Ne tamen ob leue peccatum debita laude careret Stephanus, veterum editionum lectionem in notis aduocaui. Per *vett. edd.* non omnes intelligo, quae Stephani editione ſunt anteriores, ſed Venetas tantum *) primam atque ſecundam, e quibus ſcripturae varietates ſedulus exhibui. Plures quidem editiones contuli, e quibus vbi inſigniores ſcriptionis differentias adnotaui, ſingulas nominatim diſcerno. Sunt autem hae: Baſileenſis, Pariſinae et omnium edd. ſi primam excipias, ante Stephanum optima, Frelloniana, quam nimis ſero, vbi ad literam I. iam erat peruentum, mihi comparaui.

Poſt Aldinam editionem principem, inſignem operam in Ammonio emendando praeſtitit Thomas Mag. Hunc deſcripſiſſe Ammonium, plus ſemel monuit ad Pollucem cl. Hemſterhuiſius, vbi VIII. 38. n. 54. *plura*, inquit, *ſunt apud Ammonium, ex quibus Thomam, apud Thomam ex quibus Ammonium emendes: qui vtramque conferre non dedignabitur, mutuam ſibi in vices opem praeſtare reperiet.* Thomae M. ſucceſſit Ptolemaeus Alexalo-

*) Catalogum editionum et MSS. AMMONII infra adferam, quo lectorem ablegare mihi liceat. A.

calonita. Praeter hos varias Amm. obſeruationes deſcripſerunt Eranius Philo et Cyrillus in Lexico inedito. Praeterea ad Homerum longe frequentiſſimus Euſtathius, parcius Moſchopulus et Phauorinus Camers. Dubito, ſi ad hanc claſſem referre debeam Etymologum. Ex Thoma M. Ammoniana non pauca deriuauit Schol. Luciani. His omnibus antiquior Schol. Ariſtophanis vno in loco **) poſtea nobis vſui futuro, diſertam Ammonii mentionem iniecit.

Plus nimio forte verboſus eam alicui cogitationem inieci, nunc tandem Ammonium, ſerio caſtigatum et omnibus mendis liberum, in lucem emitti. Sed multum fallitur, qui id in animum ſuum inducit. Quae MS. aut prima editio meliora ſuppeditabant, ea in textum, quem vocamus, recepi, et vulgatae lectionis, quam in notis propono, loco poſui. Eadem etiam cedere debuit VV. DD. coniecturis, ſi verae videbantur, ſiue illae ad Ammonii verba pertinerent, ſeu ad Veterum fragmenta. Metricarum legum indecora ignoratio me non deterruit, quin Menandreas Bentlei emendationes in Ammonium introducerem. Haec tantum

*) Tribus in locis Schol. ARISTOPHANIS, AMMONII mentio fit. Sed de his etiam paulo infra paucula ſubiiciamus. A.

tum sunt, e quibus melior fieri potuerit Noster. Meas, quas dico, emendationes, quas coniectandi calor et aliorum Grammaticorum collatio subministrarunt, etiamsi veras, Ammonio non restitui. Formidolosam tamen hanc agendi rationem adeo non probo, vt nulla etiam sit animi mei ingenio magis contraria. Verum pravae quorundam consuetudini nunc quidem obsecundandum credidi et in hanc partem peccare adolescentior malui.

Praeter coniecturas, locorum ab Ammonio citatorum indicia, et aliorum Grammaticorum cum Nostro consensum, nihil est, quod in notis mihi proposuerim. Ad seueram cotem vniuersa Grammatici placita exigere neque volui, neque potui. Qui ad eum modum minores Grammaticos tractandos sibi sumserit, quo in Luciani Soloecista versatus est I. G. Graeuius V. C. nae is literis operam nauaret commodam et vtilem.

Ad alteram praefationis partem, quae Ammonium proprius spectat, perueni. Hic primum eam quaestionem pono, vtrum libelli auctor sit Ammonius nec ne? Postquam, quae huc spectent pertractauero, libelli argumentum indagabo et de inscriptione dicam atque auctoris proposito: tandem libelli dotes in luce col-

locabo, et aduerſus Henrici Stephani criminationes vindicare enitar.

Ex quo Aldus Manutius libellum noſtrum ſub Ammonii nomine in lucem edidit, vulgari quidem opinione Ammonius auctor fuit habitus: ſed non multo poſt ſuper hac re a nonnullis dubitari coeptum eſt. Vel enim incertum auctorem eſſe crediderunt, vel Philoponum: vtramque ſententiam tetigit Henr. Stephanus in Praefat. ad Comment. de Atticae Dial. Idiomatis. Suſpicionem de Philopono iniecit etiam Andreas Schottus ad Cornelii Nepotis Datamen cap. VIII. Verum tandem opuſculi conſcripti laudem Ammonio paene dubiam fecerunt, qui de Herennio Philone cogitant. Haec ſententia veritatis ſimilitudine commendabilis magnorum nominum auctoritate nititur. Paulus Leopardus, quod quidem ego nouerim, primus in libris Emendationum monuit, auctorem libelli de verborum differentiis a quibusdam Herennium Philonem vocari, veluti libri I, cap. 24. IX. 19. X. 6. XIII. 14. Horum opinionem ſatis fortiter tuetur Leopardus libri XI. c. 15. vbi ita ſcribit: *Bonus imprimis eſt auctor Herennius Philo, quem vulgus Ammonium vocat.* Qui hanc rem tanquam exploratam ſine dubitatione poſuerit, neminem noui praeter Menagium,

gium, cuius ſententiam commemorant Baylius in Lexico et Fabricius in Bibliotheca Graeca. Reliqui enim, qui ab Herennio Philone non plane abhorruerunt, rem dubitanter poſitam fere in medio relinquunt. Horum nomina, quae dum haec ſcribo, plurima obuerſantur, ſatis pudenter proferri non poſſe autumo: neque tam auctores, quam argumenta, quibus nituntur, quaerenda ſunt. Euſtathius, quem in ſententiae ſuae patrocinium praeter Leopardum vnus et item alter aduocauerunt, me in dubitationis ſocietatem pertraxerat. Sed libelli editor, et aliorum iudicio non nimium tribuens, explorandum putaui, vtrum ratione niteretur noſtra illa haeſitatio, nec ne? Quae ſuper hac re cogitaui, ita coarctabo vt nemini ſim moleſtus. Primum tanquam dubio vacuum pono, eundem hunc libellum verſauiſſe Euſtathium et indidem plurima in commentarios ad Homerum retuliſſe. Verborum, quae tradit, diſcrimina ita plerumque proponit, vt ſatis indicet, ab aliis fuiſſe obſeruata, his ad eam rem loquendi formulis: κατω τον παλαιον. Διαφερειν φασι. Φασιν οἱ παλαιοι. Σημειουνται οἱ παλαιοι. Διαφερουσι κατα τους παλαιους. Interdum tamen eos nominat, quorum fide vtitur Noſter. Quae de aetatum nominibus ex Alexionis Epitome Miſcellaneorum Didymi adnotauit Ammonius, ſub Alexio-

nis teſtimonio producit Euſtathius. Apud eundem, fide Commentatoris Bacchylidae, leguntur, quae ſub nomine Didymi apud Noſtrum. Qui verborum differentias data opera exſecuti fuerint, Philoponum ἐν τῳ περι λεξεων διαφορως τονουμενων, et Herennium Philonem ἐν τῳ περι διαφορων σημαινομενων memorat Euſtathius, et quae ex Herennio promit, eadem eſſe videntur cum illis; quae apud Ammonium proſtant, vt adeo non leue ſit vniuerſum Ammonii librum ad auctorem Herennium referendi argumentum. Prius tamen, quam praue iudicetur, eas obſeruationes conſiderari velim, quas Herennio acceptas refert Euſtathius. Illae omnino quatuor adnotantur, in quibus declaratur, quo differant Αἶνος et Παροιμια, Ἀῤῥωδεῖν et Ὀῤῥωδεῖν, Ἄσφοδελος et Ἀσφοδελὸς, Ἄσηρ et Ἄσερ. Ad primam differentiam vocum αἶνου et παροιμιας Euſtathius (loca alibi indicata vt hic repetam, neceſſe non eſt) eadem habet, quae Ammonius, Archilochi, Heſiodi et Callimachi loca, Lucilium etiam citat Tarrhaeum, vniuerſa autem ſe accepiſſe teſtatur ab Herennio Philone, ſubiungens: και ουτω μεν και τουτο κατεχρωμενον ουτω ῥητως ἐν τοις Ἑρεννιου Φιλωνος. Itane vero? Age fuerit Herennio vetuſtior Lucilius? hanc deſcripſerit Herennius? licuitne idem Ammonio? Ita opinor. Quid? non ſententiam Herennianae ob-

obſeruationis, ſed ipſa Herennii verba ῥητως nobis tradidit Euſtathius: Ῥητως δε κατα τον παλαιον ειπειν, (Αινος ἐστι) λογος μυθικος ἐκφερομενος ἀπο ἀλογων ζωων ἢ φυτων προς ἀνθρώπων παραινεσιν. Quaero nunc, vtrum ea in Ammonio legantur? Secunda obſeruatio de verbis Ἀῤῥωδειν et Ὀῤῥωδειν iisdem paene verbis apud Euſtathium ſub nomine Herennii et in Ammonii libello proſtat. Sed ponamus, ante Ammonium exſtitiſſe huiuſce moduli opus ab Herennio confectum: an non ea in nota innuit Ammonius, vetuſtiorum ſe ad eam rem declarandam verbis vti? οὑτως γαρ, inquit, ἐξηγουνται την λεξιν. Quod porro ad firmandam vocum ἀσφοδέλου et ἀσφοδελοῦ differentiam ambitioſe Herennium Philonem ἐν τω περι διαφορων σημαινομενων aduocet Euſtathius, vti et ad voces ἀσηρ et ἀσερον, admirabile videri poſſit et ridiculum. In re peruulgata et a multis ante Euſtathium tradita, adeone alterius laudem ſibi tribuere formidauit Theſſalonicae Archiepiſcopus, vt ſancte Herennium nominet? Crederemus, ſi eandem vbique diligentiam adhibuiſſet. Ita igitur ſtatuo Euſtathium legiſſe eundem, quem habemus, Ammonii libellum, et ſimile etiam opuſculum ſub nomine Herennii Philonis, non veteris iſtius, Grammatici Byblii, ſed Ammonio longe recentio-

tioris, qui multa Ammonio ſublegit et clarum nomen ſuae opellae praefigere voluerit. Huic ſuſpicioni fidem faciunt Eranii Philonis Excerpta. De eo addubito, vtrum hunc libellum pleniorem legerit Euſtathius, an plerumque Ammonium non nominatum deſcripſerit. Poſterius adeo inſolens in Euſtathio exiſtimari non debet, qui multos, quorum nomina celauit, ad verbum deſcripſiſſe a nonnullis fuerit deprehenſus. Thomas etiam Magiſter non exiguam Ammonii partem in libellum ſuum recepit, non ſolum autem Ammonii nominatim non meminit, ſed et vno in loco *), vt ne quidquam Noſtro debere videretur, Pollucis teſtimonium vſurpauit. Ex illis, quae diſputata ſunt, conſtare arbitror, nihil eſſe cauſae, quapropter Herennium Philonem libelli noſtri auctorem eſſe crederemus, quem Ammonio conſtanter tribuunt MSS. codices, qui in Regiis bibliothecis, Pariſiis et in Anglia adſeruantur.

Tandem quod ſupra incoepi dicere, antiquiſſimus **) Ariſtophanis Scholiaſta ex noſtro

*) In voce *vaos* p. 622.

**) In ſcholiis Ariſtophanis caue, ne ad eandem omnia aetatem referas. Scholia ad ſeptem priores Comoedias a veteribus Grammaticis con-

ſtro libello vnam obſeruationem attigit, eiusdemque auctorem vocat Ammonium ad Eccleſiaſ. v. 607. Verba Scholiaſtae adſcribam: *Μειρακὰξ δ' ἐνταυθα δοκει ἀρσενικως ειρησθαι, καιτοι Ἀμμωνιου λεγοντος, Μειρακιον και Μειρακα ταυτη διαφερειν, ὁτι το μεν Μειρακιον ἐπι ἀρσενικου. το δε Μειραξ ἐπι θηλυκου.* Quae vniuerſa omnem ita tollunt dubitationem, vt ne ſcrupulus amplius reſideat. Per autem velim, vt in poſterum praeſtantiſſimus libellus, quem idonei iudices Herennio non indignum iudicauerunt, Ammonio auctori tribuatur.

Si itaque Auctor noſter dicendus ſit Ammonius, quod omnino ſtatuendum cenſeo, quaeri poteſt, quis tandem ſit iſte Ammonius, et

confecta et a Muſuro Cretenſi ſeculi XVI^mi initio collecta atque in ordinem redacta, Suida certe longe ſunt antiquiora, id quod nemo negabit, niſi Suidae plagiorum plane ignarus. Reliqua ad eam aetatem non adſurgunt. Fit autem in tribus ſcholiorum iſtorum locis Ammonii cuiusdam mentio. Ad Veſp. v. 941. citatur *Ἀμμωνιος του Στεφανου*, *Hermeae* forſan filius *Stephanique Byzantini* diſcipulus. Ad Av. v. 1297. laudatur *Ἀμμωνιος*, forſan libelli noſtri auctor, qui in libro *περι ἀκυρολογιας* aut alibi, de ridiculo Midiae cognomine adcuratius egerat. In ſcholiis denique ad Eccleſiaz. legitur locus a cl. *Valcken.* prolatus, A.

et quo potiſſimum tempore floruerit. E multis, quibus id nomen fuit commune tres tantummodo in cenſum venire poſſunt: de duobus fuit a doctis hominibus cogitatum, quorum alter philoſophus fuit, Grammaticus alter. Eorum ſententiam, qui Ammonium Hermeae F. noſtrum eſſe voluerint, memorat Baylius. Ioannes Ionſius de ſcriptor. Hiſt. Philoſ. L. III. c. XVIII. *eum*, inquit, *aliquando auctorem credidi libelli de vocum Graecarum differentia.* Idem ſenſiſſe videtur elegantis vir ingenii Emanuel Martinus, aut, ſi ita mauelis, huius vitae ſcriptor Maianſius. Quod vero Codici MS. Anglicano Ammonii Hermeae nomen praeponatur, librariis acceptum referri debet, quibus philoſophi non incelebris nomen vſu frequentiori magis erat contritum. Quando itaque Ionſius idoneam rationem, qua prior iſta ſuſpicio niteretur, non protulit, [nam leue eruditiſſ. Viri argumentum repulit Fabricius:] in ea refutanda nobis non erit laborandum. Ammonii Hermeae, qui in Porphyrium et Ariſtotelem ſuperſunt, commentarios excutiens nihil offendi, quo vel probabilis ea ſententia reddi poſſet. Longe verior videtur I. A. Fabricii ſententia, Viri inter primos inſignis, cuius verba ex Biblioth. Gr. T. IV. p. 173. ſubiiciam: *Ammonius Grammaticus, cuius et Helladii itidem auditorem fuiſſe ſe teſtatur*

teſtatur Socrates Hiſt. Eccleſ. Scriptor V. 16. narratque Alexandria eos profugiſſe, in graui illo tumultu, qui accidit A. C. 389. ob euerſa Theodoſii Imp. iuſſu Ethnicorum templa. Extat huius, vt ſuſpicor, Ammonii περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων liber &c. Quae iſto in capite de Ammonio Grammatico prodit Socrates, memoratu forent digniſſima, ſi non multa et potiora nobis agenda ſupereſſent. Quare tantum notari velim, quod Valeſio, vbi de vita et ſcriptis Socratis diſſerit, fuit animaduerſum, Socratem admodum adoleſcentulum ſenioribus Helladio et Ammonio Grammaticae vſum fuiſſe doctoribus Conſtantinopoli, quo homines antiquae religionis tenaces, popelli Alexandrini ludibrio irritati, ſeſe contulerant. Nihil autem adeo impedit, quo minus huic Ammonio ſec. IV. et ſub initium ſeculi quinti claro, homini a Chriſtianis ſacris alieno, libellum noſtrum adſcribendum crederemus. Nam quod noſtro in libello citentur verba e Lucae Evangelio *), eam ſententiam non labefactat. Deinde eam nonnihil adiuuat Helladius, quem Lexicon multis voluminibus condidiſſe, ex Photio docuit Mauſſacus in Diſſertatione Critica. Videri autem poſſet Helladii librum inuſitata operis moles oppreſ-

 ſiſſe,

*) Hoc plane dubium eſt atque incertum. Vid. not. p. 88. A.

ſiſſe, dum exiguus collegae Ammonii libellus ad noſtram vſque memoriam remanſerit.

Quae quamuis ita ſe habeant, tamen rationes, non celabo, etſi forte alicui leues videri poſſint, quae me in eam induxerunt ſententiam, Ammonium noſtrum non quidem eum eſſe, quem ante Auguſti imperium Ariſtarchi ſcholam Alexandriae moderatum fuiſſe, teſtatur Suidas, verum tamen Grammaticorum, qui ſuperſunt, fere antiquiſſimum, ſeculo poſt Chriſtum natum primo, ſeu ſub initium ſecundi maxime floruiſſe. Eam in rem bina tantummodo adferam argumenta. Primum peto a Grammaticorum agmine, quos in paruae molis libello ad partes vocat Noſter. Omnium aetas ſi vnum et alterum excipias, cognita eſt, et ab iis, qui huic eruditionis parti illuſtrandae incubuerunt, explorata. Ante Auguſtum, ſiue ſub eius imperio, diuerſis in locis Grammaticae ſcientiae fama nobiles claruerunt, Zenodotus, Ariſtophanes, Neanthes Cyzicenus, Mnaſeas, Philemon Aexonenſis, Aſclepiades Myrleanus, Trypho, Didymus, Lucius Tarrhaeus, Lyſimachides, Ariſtocles Rhodius et Ariſtonicus. His paulo recentior memoratur Apollonides Nicaenus, Ariſtocli forte et Ariſtonico coaeuus, cuius aetatem G. I. Voſſio minus cognitam in Tibe-

Tiberio Imperatore fixit Ionſius de Script. Philoſ. L. III. c. 3. Heraclides autem, Grammaticus, ab Ammonio ambiguo ἡμέτερου titulo ornatus, quem de induſtria in Grammaticorum catalogo praetermiſi, alterum, vt coniicio, pro Ammonii antiquitate nobis argumentum ſuppeditabit. Ex Heraclidis, quos Ionſius triginta cognominis recenſuit, quis Ammonianus ſit, in v. Σταφυλην citatus, fuit quaeſitum. Cl. Fabricius Bibl. Gr. V. I. p. 335. et VII. p. 62. etſi iſtis in locis, quod in tanta rerum copia mirum non eſt, leuiter labitur, Heracliden auctorem Proſodiae, cuius frequens occurrit mentio, et Heracliden, quem Ammonius vocat ἡμέτερον, vnum et eundem fuiſſe contendit. Recte! neque etiam de re vlla eſſe debet dubitatio. Huius autem Heraclidae, qui ſcripſerit περι καθολικης προσωδιας, aetatem penitus ſe ignorare profitetur Meurſius, in Chalcidii Timaeum p. 18. Ne nunc, quae ex Ionſio de S. H. P. L. II. c. 11. §. 4. peti poſſent, incertiora confecter, conſtat, neque id ignorauit Meurſius, Heracliden ἐν τω περι καθολικης προσωδιας citari ab Apollonio Alexandr. de Synt. IV. c. X. adeoque Apollonio certe antiquiorem Heracliden ante ſeculum ſecundum floruiſſe. Quod ſi nunc monſtrauero, hunc Heracliden Ammonii mei fuiſſe

praeceptorem *), quis tandem de ſumma huius antiquitate dubitet? Nimirum in v. Σταφυλην ita

*) Quam magnam etiam haec ſententia prae ſe ferat probabilitatis ſpeciem, mera tamen eſt, ſine argumentis, hariolatio. Latiſſime patet, vt ſaepius obſeruarunt VV. DD. v. ἡμιτεχος, et non ſolum de coaeuis et popularibus atque iis, qui eiusdem ſunt diſciplinae, familiae et ſacrorum, vſurpatur, ſed de illis etiam, quorum libros explicandos et emendandos ſumimus. Mirum itaque non eſt, Ammonium Heracliden, ſiue Alexandrinus fuerit, ſiue, quod verius videtur, ſectae Ariſtarchi aſſecla, ἡμιτεχον adpellaſſe, vt ab aliis Heraclidis, quorum nonnulli etiam, teſte Euſtathio, ſcriptis Grammaticis inclaruere, dignoſceretur. Quod ad aetatem huius Grammatici attinet, ea perinde ac Ammonii aeuum, incerta eſt. Suſpicabar primum, Heracliden a Noſtro laudatum, eſſe Ponticum illum iuniorem, qui teſte Diog. Laertio et Suida λεσχας ſiue φλυαριας conſcripſit, et ſub Claudio et Nerone Romae ludum litterarium aperuit. Hunc minus bene confundit Fabricius in B. Gr. T. I. p. 335. cum Heraclide antiquiore, Platonis diſcipulo. In ἀνεκδοτοις Homeri ſcholiis, quorum ſupra p. XXII. mentionem feci, teſte illuſtri de Villoiſon, praeter Ammonium aliosque Ariſtarchi ſcholae Grammaticos. etiam laudatur Heraclides Ponticus, vbi de antiquiore Heraclide vix cogitari poterit. Sed haec adhuc iniudicata in medio relinquo. Hoc extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, vnum tantummodo, nempe προσωδιας καθολικης

ita loquitur Ammonius: Ἡρακλειδης ὁ ἡμετερος φησιν. Triplex huius denominationis reddita fuit, ratio. Fabricius B. G. L. IV. c. 26. p. 177. ἡμετερον interpretatur, *ex Aristarchi schola Grammaticum.* Ionsius II. c. 11. ita ab Ammonio dictum putat, *vel quod vterque Alexandrinus fuerit, vel quod hic eum magistrum habuerit.* Postremam rationem solam veram esse arbitror Nam quod Aristarcheus fuerit Heraclides et eiusdem ciuitatis, habuit cum aliis, ab Ammonio laudatis, commune. Quaero enim, num non Didymus et Trypho Alexandrini fuerint et Aristarchi sectam publice professi? Neque est, quod instes atque vrgeas, Aristarcheum ἡμετερον dici, vt ab aliis Heraclidis secernatur: nam septem Didymos dabit Suidas. Sola itaque obtinet, quam probaui, nominis ratio: pari modo Damascius Simplicii praeceptor ὁ ἡμετερος Δαμασκιος vocari solet a Simplicio, obseruante Fabricio, B. G. L. V. c. 29. §. 1. Vol. VIII. p. 620. et 626. Commemini me aliquando a summo Hemsterhuisio accipere, Heracli-

auctorem, in tribus Ammonii locis laudari Heraclidem, eundem cum eo, quem sine vllo patriae cognomine saepius ad partes vocat Eustathius. Conferantur notae Ammonii vv. νυ et σαφυλη cum Eustathii scholiis ad Homer. Od. Σ. p. 659. et II. B. p. 258. A.

racliden Euſtathio citatum, Grammaticorum pene fuiſſe eruditiſſimum, vt adeo in Ammonii etiam praeſtantia Heraclidae diſcipulum non difficulter dignoſcas. Neque tamen non veriſſimum eſt, Ammonium ex iſta fuiſſe ſecta Grammaticum, cuius conditor cenſetur Ariſtarchus. Dum Homeri editionem Ariſtarcheam paſſim et clariſſime ſequitur in v. Δαι, Zenodotum reprehendit, ſuae ſectae homines potiſſimum laudat. Non tamen ſectae, cui nomen dederat, adeo male fuit tenax, vt non multa ab Ariſtophane tradita probauerit et in Lexicon ſuum receperit.

Dixi de auctore: nunc libelli argumentum, et ſi qua porro huc pertinere iudicauero, proponam. Index libelli noſtri hic eſt, etiam in ſcriptis Codd. περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων. quem non vno modo reddiderunt Valentinus Curio, Stephanus et Fabricius. Vtrum eadem ſit in Anglicanis Codd. MSS. inſcriptio, addubito. In Catalogis reperire licet: *Ammonii Lexicon et Ammonii Liber de dictionibus.* περι λεξεων latius patet, quam vt huic opuſculo apte conuenire poſſit. Credibile, Ammonium poſuiſſe περι διαφορων λεξεων, de vocum differentia atque ita paſſim citant recentiores. Ὁμοια non extant in Ammonio, praeter paucula, veluti ſunt, Κωφος et Ἔγγεος, et Περιμαξαι et Ἐκμαξαι, Τυραννος et Βασιλευς. quae vocabu-

la

la recentiore aeuo male diſparata apud antiquos ὁμοια fuiſſe, ſiue promiſcue vſurpata, oſtendit Ammonius. Propter ea tamen poſtea vt puto, libello noſtro titulum fecerunt: περὶ ὁμοίων καὶ διαφορῶν λεξεων. Ea enim, quae dixi, ὁμοια fuiſſe vocata, ex Speuſippi opere etſi generis nonnihil diuerſi, conſtat: id enim Ὅμοια inſcriptum, frequenter laudat Athenaeus, a quo etiam Iubae et Soſibii Ὁμοιοτητες non raro ad partes vocantur. Ammonius id egit, vt vocabulorum adfinium, quae vulgo habebantur ὁμοια, differentiam declararet. Non diſſimilem ſibi operam ſumſerat Seleucus Alexandrinus, quem περὶ της ἐν συνωνυμοις διαφορας ſcripſiſſe, ex Suida fuit obſeruatum.

Ποταμῶν.] Duo fuere antiquitatis Potamones, literarum gloria praecipue insignes. Vnus, philosophiae eclecticae princeps, scripsit εἰς τας Πλατωνος πολιτειας ὑπομνημα, et στοιχειωσιν, de qua *Diog. Laertius*

Ἐρώτησις, πεύσεως καὶ Ἀνακρίσεως x) διαφέρει. Ἐρώτησις μὲν γάρ ἐστι σύντομος ἀπόκρισις· Πεῦσις δὲ, μακρᾶς πράξεως ἀπαγγελία. Ἀνάκρισις δὲ, ὑποδεεστέρων ἐξήγησις.

Ἔρως καὶ Πόθος διαφέρουσιν· Ἔρως μὲν γὰρ, τῶν παρόντων. Πόθος δὲ, τῶν ἀπόντων.

Ἐρᾷν

x) E. Ald. pr. et c. i. διαφέρουσιν.

tius in Pr.n.14. et ſubAugu-ſto atque poſt eum inclaruit. Alter Mitylenaeus, orator, Romae ſub Tiberio eloquentiam profeſſus eſt, et ſcripſit Καισαρος ἐγκώμιον, περὶ τελείου ὁητορος et alia. Neuter *Potamon Ammonii* eſſe videtur.

Ἀνακρισις] ἐξετασις ὑφ' ἑκασης ἀρχης γινομενη προ των δικων περι των συντεινοντων εἰς ἀγωνα. *Suidas*. Male exinde genuinam Noſtri lectionem ſollicitauit *Valckenaer* et mutandum exiſtimauit: ἀνακρισις δε, ἡ ἀπο δευτερου ἐξετασις. Non omnes ſine diſcrimine cauſae Athenis in iudicium introducebantur, ſed lites minores et de rebus vilioribus, antea diiudicabantur. Inde ὑποδεεστερων ἐξηγησις *cauſarum minorum enarratio* et de illis iudicium. Hoc *Suidas* innuit, dum adhuc addit: ἐξεταζουσι δε καὶ εἰ ὁλως εἰσαγειν χρη ταυτας. Senſu paululum alio apud eundem explicatur, δικης ἀνακρισις. Οὐ πασας δικας κελευουσιν οἱ νομοι εἰσαγεσθαι, ἀλλ' ὁταν ὁ φευγων (reus) ἀντιλεγη καὶ παραγραφηται (exceptione vtitur), λεγων, εἰσαγωγιμον μη εἰναι αὐτην, προτερον ἐπι τουτω γινεται κρισις, ἡτις δικης ἀνακρισις λεγεται. Plura περι ἀνακρισεως dabit *Petitus* in Comm. ad LL. AA. pag. 405. ſeqq. nec tamen omnia iam expedita videntur.

Ἔρως.] Cum Hercules Colchos cum Iaſone nauigans,

Ἐρᾶν καὶ Ποθεῖν διαφέρει. Ἐρᾶν μὲν γάρ ἐστι, τῶν ἐν ὄψει. Ποθεῖν δὲ, τὸς ἀπόντας, διαφέλλει δὲ καὶ Ὅμηρος·

Ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.

πρὸς τὴν Ἥραν φησὶν ὁ Ζεὺς παρῶσαν. ἐπὶ δὲ τῶ ἀπόντος,

Ἀλλά μ' a) ἵμερος τε πόθος, σά τε μηδέα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,

Σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπήυρα.

φυλάσσει γὰρ ἄκρως ὁ ποιητὴς τὰς τοιαύτας ἐναλλαγάς.

Ἐρωτᾶν

a) *Vett. edd.* σοῦ πόθος.

gans, et ad Chium inſulam nauem adpellens, dilectum Hylam ſuum aquatum miſiſſet, iuuenis interea a Nymphis raptus eſt. Quem cum longe lateque Hercules quaeſiuiſſet, [Virg. Ecl. VI. v. 44.] voce aetheria demum admonitus eſt:

Ποθεις τον ου παροντα και ματην καλεις.

Abiit hoc poſtea in prouerbium et de iis adhibitum eſt, qui fruſtra quid quaerebant. Cfr. *Ariſtophan. Plut.* v. 1128. et ibi Scholiaſt. Ποθος eſt etiam nomen floris. Ποθος, ἀνθη θερινα, λυχνις, κρινον. εἰσιν δε φασιν, διττος δε ουτος, ὁ μεν ἐχων ἀνθος ὁμοιον ὑακινθω. ὁ δ' ἑτερος ἀχρως ἐκλευκος, ᾧ χρωνται προς τους ταφους. *Euſtathius* ad *Od.* Λ. p. 427. coll. cum *Theophr.* Hiſt. pl. L. VI. c. 7. et Plin. H. N. L. XXI. c. 11.

Ὡς σεο.] *Il.* Γ. v. 446. Alter locus eſt in *Od.* Λ. v. 201. ad quem eandem differentiam adnotauit *Euſtathius.*

Ἐρωτᾶν μέν ἐστι, τὸ θέλειν κεφαλαιώδη λαβεῖν ἀπόφασιν, ἢ ναὶ ἢ οὔ. Πυνθάνεσθαι δὲ, τὸ κατὰ διέξοδον ἀξιοῦν πρᾶγμα· οἷον, Πῶς ἐπολεμήσατε;

Ἔρως μέν ἐστιν ἐπιβολὴ φιλοποιΐας· Πόθος δ' ἀπόντος· Ἵμερος δ' ἔρως σπανίζων τῆς πρὸς τὸν ἐρώμενον χρείας.

Ἔσαι τῷ Γενήσεται διαφέρει. Ἔσαι μὲν γὰρ, τὰ καὶ νῦν ὄντα· Γενήσεται δὲ, τὰ γενέσεως τευξόμενα. οἷον, νέος πρεσβύτης ἔσαι· τῷ δ' ἀτέκνῳ παῖδες γενήσονται. Ἄλλως. Ἔσαι μὲν γὰρ τὸ ὑποκείμενον, οἷον· ὁ παῖς ἔσαι ἀνήρ· Γενήσεται δὲ, τὸ b) ἀόριστον.

Ἐσιάτως

b) In textum recepi *Valckenarii* coniecturam. Priorum editionum scriptura erat ἄριστον.

Ἐρωταν.] Quis credat hic voluisse repetere *Ammonium*, quae paulo ante scripserat? *Valck.* Nollem hanc notam plane abiudicare Nostro, quem saepius eadem adponentem vidimus. Notandus est *Thomas*: ἐρωτω, το ἀποκρισιν ζητω τινος. το ἐπερωτω κυριως, ὁταν ἐπι τη ἐρωτησει ἑτερα ἐρωτησει χρωμαι. προσεπερωτω δε, το μετα την δευτεραν και τριτην ποιουμαι ἐρωτησιν. το αὐτο και ἐπι του εἰπον, ἐπειπον, προσεπειπον.

Τον ἐρωμ.] Lege το ἐρωμενον, sensu, vt vides, a vulgata lectione non parum diuerso. *Valck.*

Ἔσαι.] Φασιν οἱ παλαιοι ὁτι το μεν ἐσαι ἐπι ὑπαρχοντος λεγεται, οἷον ἐσαι γερων, ὁυτος ὁ νυν ὑπαρχων ἐν νεοτητι. το δε γενησεται ἐπι μη ὀντος. ὡς το γενησεται παις ὁ μηπω δηλαδη ὠν. *Eustath.* ad *Il.* B. p. 162.

Ἑσιάτως καὶ Δαιτυμὼν διαφέρει. Ἑσιάτως μὲν γάρ, ὁ ὑποδοχεύς· Δαιτυμόνες δὲ, οἱ ἑσιώμενοι.

Ἑσπέρα καὶ Ὀψὲ διαφέρει. Ἑσπέρα μὲν γάρ ἐστι, δυομένου τοῦ ἡλίου. Ὀψὲ δὲ, βραδέως, καὶ c) μεθ' ὁντινοῦν χρόνον. διὰ τοῦτο καὶ προσιθάσιν, Ὀψὲ τῆς ἡμέρας.

Ἑταῖρος καὶ Φίλος διαφέρουσιν. ὁ μὲν γὰρ Φίλος, καὶ Ἑταῖρος· ὁ δ' Ἑταῖρος, ὁ πάντως φίλος. διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνέμου φησὶν Ὅμηρος.

— πλησίστιον ἔσθλὸν ἑταῖρον..

καὶ ἄλλως· Φίλοι μὲν κοινῶς λέγονται πάντες οἱ τὰ τῆς φιλίας δίκαια πρὸς ἑαυτοὺς ἔχοντες· Ἑταῖροι

c) In *vett. edd.* μεθοντιοῦν legebatur, mendose. V.

Δαιτυμονες] οἱ δαιταλεοι, θιασωται, συμποται, παρα δε τοις ὑστερον, οἱ κλητοι φιλοι. *Eustath.* Eodem sensu, quo ἑσιατως, sumendam esse hanc vocem in Od. v. 621. idem Scholiastes auctor est. Ἰστεον δε ὁτι δαιτυμονες ἐνταυθα κατα παλαιαν παρασημειωσιν, οὐχ οἱ φιλοι, ἀλλ' οἱ την δαιτα ἑτοιμαζοντες.

Ἑσπερα.] Liceat mihi iterum *Eustathii* opera vti. Ἑσπερα το μετα δυσιν ὡριου κατασημα. ὀψε δε οὐχ ἁπλως το μετα πολυ της δυσεως, ἀλλα το μετα παραῤῥοην χρονου.

Ἑταιρος.] Veritatem huius differentiae nemo in dubium vocabit, quamuis confundantur interdum φιλος et ἑταιρος apud poetas. De voce ἑταιρα nota est obseruatio: ἑταιρα ἡ φιλη, οὐκ ἀν ευρεθειη. ἑτεθη γαρ ἡ λεξις ἐπι πορνης ευφημοτερον. *Eust.*

Και ἀλλως.] Haec formula

Ἑταῖροι δὲ, ἰδίως οἱ καὶ τῇ ἡλικίᾳ παραπλησίως ἔχοντες, καὶ ἐν συνηθείᾳ καὶ ἐν συνεργίᾳ πολὺν χρόνον γεγονότες.

Ἑτερόφθαλμος καὶ Μονόφθαλμος διαφέρουσιν. Ἑτερόφθαλμος μὲν γάρ, ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς

mula apud *Ammonium Eustathiumque* idem plerumque valet, ac, *alius Grammatici, quem expilaui, sententiam adferam.* Patet vel ex hoc eruditissimo *Hom.* commentatore, quantam Grammaticorum cohortem tulerit antiquitas, quorum recentiores non raro priores exscripserunt et compilauerunt. Inde deducendus erit mirus saepissime Scholiastarum in explicandis vocibus formulisque consensus. Sed his nunc non est locus.

Ἑτεροφθαλμος.] Neque hanc legem vetustissimi scriptores migrant, qui Polyphemum nusquam ἑτεροφθαλμον vocasse deprehenduntur. *Altero oculorum casu quodam priuatum*, [Zaleucum] qui inter Locros antiquarum legum tenacissimos nouam ferre sustinuerat, ἑτεροφθαλμον vocat *Demosthenes.* Ἑτεροφθαλμος fuisse dicitur etiam Lycurgus Spartanus, πηρωθεις ὑπο τινος των πολιτων ὀφθαλμων τον ἑτερον. vti scribit *Rufus* apud *Stobaeum* Tit. XIX. p. 169. et recte obseruat Cyrillus in Lexico inedito, eo vsu adhiberi vocem ἑτεροφθαλμος, ὁ την θατερων των ὀφθαλμων βεβλαμμενος. Contra *Cyclopas* et eiusce modi hominum portenta, μονοφθαλμους dixerunt *vnoculos natura*, φυσικως. vti recte addit in hac differentia tradenda *Thomas M. Pollux.* το δε μονοφθαλμος παρα Ἡροδοτῳ, ἐπι των ἐκ φυσεως ενα ἐχοντων ὀφθαλμον. οἱον Κυκλωπων και Ἀριμασπων. Binis vocabulis transpositis lege potius: και Ἀριμασπων παρα Ἡροδοτῳ.

ρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν· Μονόφθαλμος δὲ, ὁ μόνον ὀφθαλμὸν ἔχων, ὡς ὁ Κύκλωψ.

Ἕτερος καὶ Ἄλλος διαφέρει. Ἕτερος μὲν ἐπὶ δυοῖν τάσσεται, ὡς Ὅμηρος

Φολκὸς ἦεν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα.

τὸ δὲ Ἄλλος ἐπὶ πολλῶν. ὡς αὐτὸς Ὅμηρος.

— Διὶ δ' ἡμεῖς ὄισομεν ἄλλον.

Εὐρυὴς

δοτω. *Issedonum vicinos Arimaspos* ἀνδρας fuisse μονοφθαλμους tradit *Aristeas*, apud Herodot. IV. c. XIII. [Arimaspi populus scythicus et fere vbi hodie Russia. Vid. *Pompi Mela* L. II. c. I. l. 15. ed. *Kapp.*] *Cyclopas* μονοφθαλμους και ὠμοφαγους και ἀγριους τινας ἀνθρωπους Alcinoo narrabat Vlysses, teste *Luciano*. Ab hoc veterum vsu temere discedentes recentioris aeui scriptores reprehendit *Phrynichus*. Μονοφθαλμον δυ ῥητεον, Ἑτεροφθαλμον δε. Κρατινος γαρ μονομματον εἰπε τον Κυκλωπα. *Valckenaer. Eustath.* Ἑτεροφθαλμος ὁ δυοιν ὀφθαλμων ἐχων τον ἑτερον. Cum *Ammonio* adhuc consentiunt *Thomas* et, vt videtur, etiam *Suidas*. In alia abeunt *Moeris, Photius* in Lex. MS. ἑτεροφθαλμος, ουτω λεγεται μονοφθαλμος, aliique. Pro vtraque sententia scriptorum Graecorum loca allegari possunt. Sic a *Luciano* Ἀντιγονος ὁ φιλιππου, βασιλευων Μακεδονων saepius μονοφθαλμος adpellatur. Interea solita fides minime detrahenda erit huic obseruationi, quam in veterum auctorum scriptis fundatam inuenimus, quamuis recentiores Graeci saepius hanc legem migrauerint.

Ἕτερος] οἷα ἐπι δυο τινων εἰωθος λεγεσθαι. ἄλλος δε ἐπι τριτου. *Eustath.*

Ὅμηρος.] *Il.* B. v. 217.

Εὐφυὴς καὶ Εὐμαθὴς διαφέρει. Εὐφὴς μὲν γὰρ λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικός. Εὐμαθὴς δὲ, ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς.

Ἐυρεῖν

Tum legendum ὡς ὁ αὐτος Ὁμηρος, *Il.* Γ. v. 104. *Valckenaer.*

Ἐυφυης.] Quaecunque *laeto germine ſata, feliciter ſurgunt,* Graecis dicuntur ἐυφυη. Apud *Pollucem* κλαδοι ἐυφυεις. *Laeta paſcua*, *Oppiano* ἐυφυεις νομοι, *Halieut.* I. v. 603. *Schol.* ἐυθαλεις, αἱ ἐυ ἐχουσαι φυσεως καὶ θεσεως. Hinc elegans facta ad humani corporis venuſtatem, et naturalem quandam mentis virtutem translatio. *Felici ingenio nati* et ad quaeuis *parato*, habebantur ἐυφυεις. Eo vſu non diſtabat ab ἐυτροχος, quo nomine eximie laudatur Plato, Anthol. II. c. LII. ep. 8. Virtutem feliciter metaphoris vtendi, neque docili aut attento, ſed *naturae ingenioſo* tribuit *Ariſtoteles* de Poet. c. XXII. το μεταφορικον ἐιναι, ὀτε παρ' ἀλλων ἐςι λαβειν, ἐυφυιας τε σημειον ἐςι. Athenis autem hi fere cenſebantur ἐυφυεις, qui a *iocis vrbanis* atque *facetiis* eſſent *paratiſſimi.* Vltimum σκωπτικος, non temere poſitum, tantum diſtat a σκωπτης, quantum ab *eleganti*, et ingenuo homine digniſſimo, iocandi genus *petulans* et flagitioſum. *Heſychius:* Ἐυφυης ὁ ἐξ ἑτοιμου λεγων καὶ σκωπτων μετριως. vbi ὁ σκωπτων μετριως idem eſt, qui σκωπτικος. Grauiter, ſed perſpicue, vocum ἐυφυης et ἐυμαθης differentiam declarat *Pindarus* Olymp. Od. II. v. 154. ſeqq. *Valck.* In *Homero* v. φυη de homine vſurpata, duplici ſenſu adhibetur de *corpore* et *animo.* In priori poteſtate ſumta idem eſt, ac δεξιατης σωματικη, quam φυσιν adpellant Tragici. καλλος, εἰδος. Sic ſaepius poeta, εἰδος μεν καλη, ἀτας δυκ ἐχεθυμος, et de ſingulis corporis

Εὑρεῖν καὶ Εὑρέσθαι διαφέρει. Εὑρεῖν μὲν γὰρ, τὸ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ· Εὑρέσθαι δὲ, οἱονεὶ τὸ ἐκ πορίσασθαι. Μένανδρος d) Δυσκόλῳ,

Εὑρηκὼς κἀγὼ τοῦτο τέχνην·

Δίφιλος ἐν Πύῤῥᾳ,

Δῶρον δ' ἐμαυτῇ παρὰ θεῶν e) εὑρημένον·

d) *Vulcanius* edidit ἐν Δυσκόλῳ. In *Menandri* fragmine, quod varie tentant, *vett. edd.* legebant εὑρηκὸς, eaedem mox Δίφυλος. *Valckenar.* e) *Scaliger* et *Vulcan.* corrigunt εὑρημένη. dubito, an recte. V.

poris partibus, πρόσωπον εὐφυες, μῆροι εὐφυεις· de arbore, πτελέα εὐφυης. Alio sensu, facultate ad mentem translata, est εὐφυης, ὁ ἐν ἑαυτῷ τοιαυτης φυης εἰς τὸ εἰδέναι, ὁ κατὰ νουν δεξιος. Ἀττικοι δὲ καὶ τὸν σκωπτικὸν εὐφυη ἐκαλουν κατα τινας. *Eustathius.*

Δυσκόλος] *morosus homo* interprete Causabono, *cui nihil placet, nisi quod ipse faciat, imo ne illud quidem*, titulus comoediae *Menandri*, in qua μισανθρωπων mores depinxit. Procul dubio Comici nostri opera usus fuerat *Plautus* in *Dyscolo*, cuius pauca verba tantum supersunt. Plura Δυσκολου fragmenta inueniuntur in collectione *Menandri* reliquiarum ed. Clerici Amstel. p. 48.

Δίφιλος:] Sinopensis, nouae Comoediae poeta, auctor dramatum. C. γνωμικωτατος, χάριεις et κωμικωτατος, ludicio Clementis Alexandrini, etsi frigiditatem eius iam olim perstrinxit Gnathaena. Coenanti enim apud se et frigidam laudanti, *non mirum*, inquit, *ego enim aquam frigefacio iniectis in lacum Comoediarum tuarum prologis*

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

Εὔμορφος Εὐειδὲς διαφέρει. Εὔμορφος μὲν γὰρ, ὁ τὴν μορφὴν εὖ ἔχων, οἷον εὐπρόσωπος (καὶ γὰρ τὸ τὴν ὄψιν πως χηματίζειν, f) Μορφάζειν λέγομεν) Εὐειδὴς δὲ, ὁ τὸ εἶδος καλῶς ἔχων, οἷον πᾶν τὸ σῶμα.

Εὐθὺς, Εὐθὺ, καὶ Εὐθέως, διαφέρουσιν. Εὐθὺς μὲν γὰρ, ὁ κανών· g) Εὐθὺ δὲ τὸ γυμνασίε αὐτῶν,

f) Reuocaui lectionem *Aldinam*, quam postea Editores temere mutarunt in Μορφίζειν. V.

g) Edd. omnes, ἐνθὺ δὲ, το γυμνάσιον, αὐτῶν κατ' ε. hanc lectionem ita in libro suo emendarat *Scaliger*, vt deleta voce αὐτῶν legerit ἐυθὺ δε τ. γ. κ. ε. Malui *Vulcanii* coniecturam in textu reponere: non quod Grammatici manum exhiberet, sed quod ea ratione, relicta voce αὐτῶν corruptae lectionis vestigia remanerent. Scripserat *Ammonius*, nisi fallor: ἐυθὺ τῦ γυμνασίου, ἀντὶ τοῦ κατ' ἐυθεῖαν τοῦ γυμνασίου. Ista ἀντὶ τοῦ, in αὐτῶν latent. *Valck.*

prologis, vt refert Athenaeus, L. XIII. *Fabricius* in B. Gr. T. I. p. 757.

Εὔμορφος] οἷον εὐπρόσωπος. ἀρεσκει γαρ τοις παλαιοις, ἐπι προσωπον τιθεναι την μορφην. *Eustathius.*

Μορφαζειν] νευειν annuere. Μορφασμος saltatio ridicula. *Athen.* L. XIV.

Εὐειδὴς.] In *Homeri* poematibus εὐειδὴς semper de *feminis*, θεοειδὴς et ἀρίσος το εἶδος plerumque de *viris* vsurpatur. Sic εὐειδὴς Ἑλενη, ἀρίσος το εἶδος Ἀλεξανδρος, Ὀδυσσευς θεοειδὴς. Eadem fere ratione differre ait *Eustathius* vv. εὐμορφος και εὐειδὴς. εὐμορφος μεν γαρ ἡ εὐπροσωπος, εὐειδὴς δε ἡ κατα πᾶν το ἐκτος καλη, ὁπερ περικαλλὴς ἐν συμμετρια μελεων και μερων.

Εὐθὺς.] Auctor mutationis

αὐτῶν, κατ' εὐθεῖαν τῆ γυμνασίῳ· ἢ Εὐθὺ τὸ κανόνιον. τὸ h) δὲ Εὐθέως, ἀντὶ τῆ χρονικῆ ἐπιῤῥήματος. ὁ ἓν ἐναλλάσσων ἁμαρτάνει, καθὰ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ.

Τί φῄς ἰδὼν ἔνθεν γε i) πᾶς δ' ἐλευθερῶν,
Ἀπῆλθες εὐθύς, ὡς ταχύ.

h) *Vett. edd.* δ' εὐθέως et infra οἱ δ' ἀρχαῖοι.
i) *Vulcanius* et *Scaliger* πῶς ex coniectura.

tationis αὐτων in ἀντι του [vid. nota g)] est ipse *Ammonius*, qui in vltima nota veteres aliquando. το Εὐθυ posuisse scribit ἐφ' ὁδου της τ. κ. τ. λ. Hinc petenda videtur ratio, cur *Menandrum* reprehenderit, qui ἐν Δυσκ. neglecto hoc Atticorum vsu, εὐθυς adhibuerat. Obscuram fragminis *Menandr.* sententiam, quam alii etiam exponere tentarunt, hac, ni fallor, ratione illustriorem reddes:

Τι φῃς ἰδων, εὐθεγδε πως
γ' Ἐλευθερων
Ἀπηλθει εὐθυς ὡς ταχυ;

Quid si tu vidisses, quam celeriter hinc sese recta Eleutheras coniecerit? Εὐθυς Ἐλευθερων positum pro Εὐθυ. Cfr. *Eurip. Hippol.* v. 1197. Alios etiam Atticistas secutus εὐθυς et εὐθυ sedulo discernit *Ptolem. Asc.* §. 25. Εὐθυς ἐπι χρονου και ἐπι ὀρθου. Εὐθυ δε οὐκετι ἐπι χρονου, ἀλλ' ἐπι του ἀπ' εὐθειας οἱον εὐθυ χωριον. Corrigendum οἱον εὐθυ χωριου. [Nolim plane abiicere lectionem χωριον, quamuis non frequens sit v. εὐθυ cum accusatiuo constructio. *Timaeus* S. et *Photius* in L. MS. εὐθυ Λυκειον, pro ἐπ' εὐθειας εἰς Λυκειον.] Ab his probe secernenda est diuersa vocis εὐθυ potestas, qua monente etiam *Ammonio* significat το ἐξ ἐναντιας, *ex aduerso. Valck.*

Τινὲς μέν τοι τῶν ἀρχαίων φασὶ, καὶ τὸ Εὐθὺς ἀντὶ χρονικῶς κεῖσθαι. φασὶ γοῦν κατὰ λέξιν. Τινὲς δὲ τὸ μὲν k) εὐθὺ λέγουσιν ἐπί τινος l) εὐθέος. οἷον ἐάν μέν ἡ θηλυκὸν τοὔνομα, ἡ εὐθεῖα ὁδὸς, εὐθεῖα βακτηρία. ἐὰν δὲ ἀῤῥέν, εὐθὺς ὁ κανών· ἐὰν δ' ἀδέτερον, εὐθὺ τὸ ξύλον. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐνίοτε τὸ Εὐθὺ ἐτίθεσαν, m) τὸ ἐφ' ὁδῷ τῆς τεινούσης ἐπί τινος τόπου· εὐθὺ τῆς φωνῆς, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. τὸ δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οὐ λέγεται, ἀλλ' Εὐθύς. οἷον·

n) Γήμαντος αὐτοῦ δ', εὐθὺς ἔσομ' ἐλεύθερος.

καὶ

o) Ὡς τοῦτο δ' εἶδεν, εὐθὺς ἦν ἄνω, κάτω.

Εὐφραί-

k) Ex emendatione *Vulcanii*. Priores editiones praeferebant: ἓν λέγειν. l) Ita *Steph.* et prima *Aldina*. Sec. *Vulc.* et e. i. εὐθέως. m) Probem absque τὸ, legi ἐφ' ὁδοῦ. V. n) *Vett. edd. Ald.* Γ. δ' ἀυτοῦ. o) Textus habet emendationem *Scaligeri* et *Vulcanii*. Priores editiones legebant Ὡς τοῦτ' εἶδεν. Quod in hoc verficulo extat, ἄνω, κάτω *Menandro* placuit, neque dubito, quin hic versus cum praecedenti e Comoedia sit desumtus. In altero seruum audis de herili filio verba facientem. *Valck.*

Εὐθὺς, ἀντὶ] του ἐν ἀρχῇ, παραυτικὰ, *continuo*, *statim*. Hoc sensu frequentatur ab auctoribus Graecis. Cfr. *Plut. Aristoph.* v. 238. et *Anacreont.* Od νγ. ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας ἰδὼν ἐπίσαμ' εὐθύς. Nostri sententiam tuetur *Suidas*: εὐθὺς καὶ εὐθέως ἀμφοτέρως Ἑλληνικά· τὸ δὲ ἐνθὺ διαφέρει τούτων. οὐ γὰρ τὸ παραχρῆ-

Εὐφραίνεσθαι καὶ Ἥδεσθαι διαφέρει. Πλάτων Πρωταγόρᾳ, Εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐστι, μανθάνοντά τί καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ. Ἥδεσθαι δὲ, ἐδίσματά τι p) ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι.

Εὐθὺς καὶ Εὐθὺ διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ Εὐθὺς, q) χρονικόν ἐστιν ἐπίρρημα· τὸ δὲ Εὐθὺ, [τὸ ἐξ ἐναντίας δηλοῖ.

Εὐεργεσία καὶ Χάρις διαφέρει. Εὐεργεσία μὲν γάρ ἐστιν, ἡ μεγάλη χάρις· Χάρις δὲ, ἡ ἐλάττων. οἷον, χιτῶνα ἢ κύνα χαρίζεται, εὐεργετεῖ δὲ ἕ.

p) ἢ. ἀ. ἡ. πάσχοντα. Haec verba, quae vniuerſa in vetuſtis *Amm.* edd. deerant, primum in *Stephani* editione proſtant. *Aldus* ita vulgauerat: Ἥδεσθαι δὲ ἐσθέοντα αὐτῷ τῷ σώματι. in quibus facile quis ſuſpicetur legendum ἀισθόντα, ſiue ἀισθάνοντα [vti legit apud *Ammonium Phauorinus* Camers in εὐφραίνεσθαι] pro ἐσθέοντα. vltimum hocce in ἐσθίοντα demutauit *Tuſanus:* quod non ſolum recepit *Stephanus*, ſed et eam, quam dixi laciniam in *Amm.* intulit. Qua, inquies, auctoritate? non niſi vulgata in *Platone* ſcriptura motus: is in Protagora [ed. Bip. p. 141.] eadem illa Prodicum dicentem introducit, quae poſt *Stephanum* in *Amm.* leguntur. Ea vero auctores interpolandi ratio ſobria non eſt. *Valck.* q) *vett. edd.* χρόνιον.

παραχρῆμα σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἐως, καὶ εἰς οἷον. ad quem cl. *Kuſter* Schol. *Thucyd.* locum in c. V. l. II. adfert: εὐθὺς ὑποχρεοῦσθαι· τὸ εὐθὺς οὐκ ἐστι παραχρῆμα, ἀλλ' ἐξ εὐθείας καὶ ἀσκόπως. Cfr. not. antec.

Εὐθὺ καὶ Ὀρθὸν διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ Εὐθὺ ἀντίκειται τῷ στρεβλῷ· τὸ Ὀρθὸν, τῷ πλαγίῳ.

Εὖ τοῦ Καλῶς διαφέρει. Εὖ μὲν, τὸ ὀρθῶς σημαίνει· Καλῶς δὲ, τὸ χρήσιμον r) συνηρημένως. τὸ οὖν Εὖ καὶ Καλῶς σημαίνει ὀρθῶς καὶ χρησίμως.

Ἐχθρὸς Πολεμίᾳ καὶ Δυσμενοῦς διαφέρει. Ἐχθρὸς μέν γάρ ἐστιν, ὁ πρότερον φίλος· Πολέμιος δὲ, ὁ μεθ' ὅπλων χωρῶν πέλας. Δυσμενὴς δ' ὁ χρόνιον πρὸς τόν ποτε φίλον τὸ μῖσος διατηρῶν, καὶ δυσδιαλλάκτως ἔχων.

Ζ.

Ζῆλος καὶ Ζηλοτυπία διαφέρει. Ζηλοτυπία μὲν γάρ ἐστιν αὐτὸ τὸ πάθος, ἤγουν τὸ ἐν μίσει ὑπάρχον.

r) *Ald.* prima συνηρημέναν *sec.* συνηρημένων.

Χρησιμον.] Forsan legendum χρησιμως. *Moschop.* Εὖ ἀντὶ τοῦ ὀρθῶς, καλως, καὶ ἀντὶ τοῦ χρησιμως. Scribe καὶ καλως ἀντὶ τ. *Valck.*

Ἐχθρος.] Iisdem fere verbis hanc obſeruationem ab *Euſtathio* adlatam inuenies ad Od. B. p. 80. niſi quod ibi ſcribatur, πολεμιος ὁ δι' ὁπλων χωρων προς τον πελας. δυσμενης ὁ προς τον ποτε φιλον ἐχθραν τηρων καὶ δυσδιαλλακτος. Illuſtres ſunt ad h. n. *Euripidis* verſus, in *Hecuba* 848. ſeqq.

Δεινον γε, θνητοις ὡς ἅπαντα συμπιτνει.,
Και τας ἀναγκας οἱ νομοι διωρισαν,
Φιλους τιθεντες τους γε πολεμιωτατους
Ἐχθρους τε τους πριν ἐυμενεις ποιουμενοι.

Ζηλοτυπια] ζηλος ἐξ ὑπονοιας του ἀνδρος κατα της

ὑπάρχον. Ζῆλος δὲ, μίμησις καλῶ· οἷον, ζηλοῖ τὸν καθηγητὴν ὁ παῖς. Ζηλοῖ δὲ s) τε γείτονα γείτων, Ἡσίοδος, ἐπὶ καλῷ. Ζηλοτυπεῖ δὲ ἡ δεῖνα τόνδε.

Ζηλῶσαι τοῦ Ἐρίσαι διαφέρει. Ζηλᾶν μὲν γάρ ἐστι τὸ σὺν ἐπιθυμίᾳ μιμεῖσθαι· Ἐρίζειν δὲ, τὸ μετὰ μάχης φιλονεικεῖν.

Ζῆλος Φθόνου διαφέρει. Ζῆλος μὲν γάρ ἐστιν, ἡ δι' ἐπιθυμίαν μίμησις γινομένη, δοκοῦντος τινὸς καλοῦ· Φθόνος δὲ, βασκανία τὶς τῶν ἄλλοις μὲν προσόντων ἀγαθῶν, ἡμῖν δ' οὔ.

s) *Vett. edd.* δὲ fine τε.

της οἰκειας γυναικος. *Suidas.* Addere debuiſſet Lexicographus, et vice verſa ὑπανδρια γυναικος κατα τ. ο. ἀνδρος. *Ariſtophanes* in *Pluto* v. 1017. οὑτω σφοδρα ζηλοτυπος ὁ νεανισκος ἠν. *Euſtath.* ad Il. E. p. 212. ζηλοτυπει γουν Ἡρα κατα Σεμελης. vnde ſua ſponte fluit ſignificatio, ζηλοτυπειν et ζηλοτυπια ἐπι μισους. ζηλος δε μιμησις καλου. Ζηλοτυπειν την ἀρετην *obtrectare virtutem*, habet *Aeſch.* Rh. deinde etiam occurrit pro ζηλωσαι *aemulari*. *Moeris* Att. ζηλω Ἀττικως, ζηλοτυπω Ἑλληνικως.

Ἡσιοδος.] Ἐργ. v. 23. Quae mox ſequuntur ἡ δεινα τονδε, *Aſcalonita* tradit ὁδε τηνδε, ſenſu eodem redeunte.

Ζηλω] ζηλωσω το μιμησομαι, ζηλω δε ζηλησω, το φθονησω. *Euſtathius.* In hoc ſenſu, ζηλουν τινα της ἐυτυχιας, παιδευσεως, ἐυγλωττιας, frequentes *Ariſtophanis* formulae. Ἐριζειν, φιλονεικειν. *Heſychius.*

Φθονος] βασκανια τις τοις ἀλλοις μεν ὐσα ἀγα-

θη

Ζῆλος μέν ἐστι λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, ὅτι καὶ ἑαυτῷ τις ἐπιθυμεῖ περιποιῆσαι.

Ζήλου τρία εἴδη. ὁ μὲν γάρ ἐστι Μακαρισμός, καθὰ καὶ φησί τις, Ζηλῶ τὸν τοῦ δεῖνα ἐπὶ τῷδε· δεύτερος, καθὸ ζηλωτής τινος λέγεται· οἷον, Θησεὺς Ἡρακλέους. τρίτος δὲ, ὁ φθόνῳ ὅμοιος.

Ζυγὸς, ἀρσενικῶς μὲν, ἐπὶ τῶν βοῶν· θηλυκῶς δὲ, ἐπὶ τῶν ζυθμῶν.

t) Ζώνη

θη [ἀγαθοις ex auctoritate cl. *Pierſon* ad *Moerin* A. Mallem tamen ex Noſtro emaculari *Cyrillum*.] ἡμιν δε ου. Aliam v. φθονος explicationem inuenimus in *Schol.* ad *Hecub.* v. 288. Διαφερει δε φθονος μεμψεως, ὁτι ὁ μεν φθονος εἰς τους καλους και ἀγαθους ἀπο των κακων. φθονουνται γαρ καλα τοις κακοις. ἡ δε μεμψις ἀπο των καλων εἰς τους κακους τε και πονηρους. Inſignes ſunt *Euripidis* verſus ex *Oedypi* fragminibus:

φθονος δ' ὁ πολλων φρενας
διαφθειρων βροτων
Ἀπωλεσ' αὐτον κἀμε συνδιωλεσεν.

Ζηλου.] Compendifacit nunc Ammonius, quae antea περι ζηλου tradiderat. Triplicem nempe ſenſum admittunt vv. ζηλος et ζηλωσαι: primus, *beatum aliquem praedicare*, deinde ζηλος denotat *ſtudium praeclaris factis aliquem adſequendi*, tertius denique, *cupiditas boni alicuius cum inuidia*.

Θηλυκως δε.] Quinimo ἐνδετερως δε, atque ita, vt opinor, ſcripſerat *Amm.* ΟΥΔ. et ΘΗΛ. facile a librario permutari potuerunt, huiusce moduli vocabula nunquam in ſcriptis libris niſi decurtata occurrunt. *Moſchopul.* Ζυγος, ὁ των βοων. Ζυγον δε, ὁυδετερως,

το

το ζυγιον. Poll. IV. 171. Ζυγα, τρυτανη. Vulgatam libelli noſtri lectionem ſecutus videtur *Auctor* voc. acc. diſt. Ζυγος, ὁ, *iugum boum.* Ζυγος, ἡ, *iugum librae. Valckenaer.* Recte et acute *Valck.* ἐυθετερως in *Noſtra* reponi iubet, quamuis ſententiae ſuae non faueat *Thomas*, ſequentem ſtatuens differentiam: Ζυγος ἀερσενικως, ἐπι ἁμαξης· ἐπι δε ςαθμου ἐυ ζυγος, ἀλλα τα ζυγα ὀυδετερως πληθυντικως· το γαρ ζυγον ἀδοκιμον. Patet enim vel ex Lexicis vulgaribus v. ζυγος *trutina*, *libra*, vtplurimum in auctoribus bonae notae occurrere. Quod vero hoc ſenſu το ζυγον ἀδοκιμον eſſe ait, in eo lubenter *Magiſtra* adſentimus, quamuis in *Orphei* Hymn. 62. v. 6. de *lanciibus* vſurpetur. Ζυγον το, περικειμενος γυναικειοις σανδαλιοις ἱμας, habet *Ariſtophan.* in *Lyſiſtr.* v. 418. quae vox etiam ἀερσενικως occurrit. — Reuocata probabili, vt videtur, in *Ammonio* lectione, pauca adhuc de veritate huius obſeruationis differere lubet. Ζυγος, ἀερσενικως, *libra*, *ſtatera*, ſaepius legitur: ζυγος δολιος, ὡ ἀντικειται το δικαιον ςαθμιον. *Euſtath.* Contra ζυγον το, *iugum*, habet *Homerus* in *Il.* IV. v. 706. Recte itaque animaduertit *Euſtath.* ad h. l. p. 935. vnam vocem eſſe ζυγος, quae diuerſo tantum genere vſurpetur. Licebit totam obſeruationem adponere: το ζυγον, ὀυδετερως κανταυθα εἰρηται κατα γενους μεταπλασμον. Ἰςεον δε ὡς πολλαχως ὁ ζυγος. διο και τα ἀπ ἀυτου διαφερα. ζυγος ἱππων ὀθεν και ἱππος ζυγιος. ζυγος βοων και τοιουτων τινων, ἀφ' ὁν τραπικως αἱ ὁμοζυγοι, και το διαζυγιον και το ζυγομαχειν ὁ ἐςιν ἀντιζιζειν. ζυγος ἐπι ςαθμου, καθ' ὁν ζυγοςατουντες λεγονται ἀδικειν τινες ἐν ζυγοις· ζυγος ἐπινυος, ἐξ ὁυ ζυγιοι ἐρεται. ἐςι και σανδαλιου ζυγος κατα Παυσανιαν [adde *Ariſtoph.* in l. paulo ante c. et eius *Schol.*], το συνεχον τους δακτυλους· και κιβωτου, ὡς

t) Ζώνη καὶ Ζώνιον διαφέρει. Ζώνη μὲν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἀνδρός· Ζώνιον δὲ, τὸ τῆς γυναικός.

Η.

Ἠγέρθη καὶ Ἀνέστη διαφέρει. Ἠγέρθη μὲν λεκτέον, u) ἀπὸ ὕπνου· Ἀνέστη δὲ, ἀπὸ κλίνης.

Ἦθος

t) In editione *Vulc.* haec nota deficit, quae in praecedentibus aderat, nisi quod in illis vulgabatur: ἡ τῆς γυναικός. cum recte extet apud *Moschop.* et *Ascal.* §. 87. *Valck.* u) *Vulc.* ἐκ ὕπνου.

ὡς δηλοι το ζυγαστρον, ἡ ξυλινη σορος. παρα το ἐζυγωσθαι οἱον κοιλω ζύγαστρω. καὶ θυρας δὲ ζυγος, ὁ μοχλος, ὁθεν το ἐπιζυγωσαι θυρας.

Ζωνη.] A partibus *Nostri* stant *Moeris*; *Hesychius* et *Thomas*, licet formula sit frequentissima, λυσαι ζωνην παρθενιαν, atque ζωνη in *Homero* plurimisque scriptoribus Graecis de *feminis* passim adhibita. *Od.* Λ. v. 244. Ζωνιον in ea, quam Noster h. v. adsignat, significatione, occurrit in *Aristoph.* Lysistr. v. 73. et in elegantissimo *Asclepiadis* epigrammate:

Ἑρμιονη πιθανη ποτ' ἐγω συνεπαιζον, ἐχουση
Ζωνιον ἐξ ἀνθεων ποικιλον, ὠ Παφιη.

Vid. Miscell. *Lips.* Vol. IX. P. II. p. 309. Fortasse *Amm.* de indumentis sermo est. *Herodot.* ζωνη, πορφυρεον ἐνδυμα.

Ἀπο ὕπνου.] *Ammonius* in v. Ὀρθρος scribit: ἡ ὡρα, καθ' ἣν ἀνασταντες ἐξ ὕπνου ὀρθοι γινομεθα. Viden? Leges, quas aliis ponunt, ipsimet Grammatici non curant; nam istic loci dici debuisset Ἐγερθεντες. *Valck.* Posset forsan

Ἦθος μέν ἐστιν ἀρχὴ ἐπιτηδεύματος· Τρόπος δὲ, ἐπίστασις πράξεων κατὰ στάσιν καὶ ἀναστροφήν.

Ἤλπισαν καὶ Ἐπήλπισαν διαφέρει. Ἤλπισαν μὲν γὰρ αὐτοί τινας ἐλπίδας ἔχοντες, περί τινος· Ἐπήλπισαν δὲ ἕτεροι ἑτέρους, εἰς ἐλπίδα ἤγαγον.

Ἡμέρα Ἠοῦς διαφέρει. Ἡμέρα μὲν γάρ ἐστι τὸ κατάστημα μόνον ἀσώματον, ἣν Ἡσίοδος Νυκτὸς γενεαλογεῖ,

Νυκτὸς

san excuſari, ſi diſcrimen inter *expergefactus eſt* et *ſurrexit* vlterius vrgere volupe eſſet. Cfr. *Od.* O. v. 58. Sed res non tanti eſt. V. n. ἀναστῆναι et ὀρθρος.

Ἤλπισαν.] Haec verba peritiſſime ſecernit *Ammonius*, et quae obmouit vir Doctiſſ. in Miſcell. Obſ. vol. VI. p. 402. huc non pertinent. Diuerſi generis ſunt ἐπελπίζειν τινι ſeu ἐπί τινι et ἐπελπίζειν τινα: prius denotat *ſpem in aliquo collocare*, poſterius, *ſpem alicui facere*, quorum alterum tantum tangit Noſter, ἐπήλπισαν, ἕτεροι ἑτέρους. *Valck.*

Ἡμέρα.] Totam hanc notam ſpiſſis adhuc tenebris ſibi obuolutam videri, ingenue faſſus eſt optimus alias *Ammonii* ſoſpitator cl. *Valckenaer*. Ne tamen omni explicatione deſtitutus iaceret locus, ita ex his difficultatibus ſe expediuit, vt συναμφοτερον, in quo potiſſimum haeſerat, per *vtrumque ſimul* explicaret, et, ad praecedens νυξ et ἡμερα, vt videtur, referret, atque ſic Ἠως noctis et diei ſignificationem ſimul hic obtinere contenderet. Vereor, vt Grammaticus noſter hanc interpretationem admittat. Cui enim non ſtatim pateat no-

ctis

Νυκτὸς δ' αὖτ' αἰθήρ τε καὶ ἡμέραι ἐξεγένοντο.

Ἡσίοδος

ctis et diei, ἡμέρας καὶ νύκτας in ſenſu ſtricto, differentia? Nullus igitur dubito, ad mythicum diſcrimen ſolum, *Ammonium* noſtrum reſpexiſſe et ad hanc notmam obſeruationem eius exigendam eſſe. Ἡμέρα, ſcribit Noſter, quam *Heſiodus* in Θεογ. v. 124. cum aethere ex Noctis et Erebi concubitu procreatam tradit, ἐστι κατασημα μόνον ἀσωματον h. e. nunquam προσωποποιιαν ſtricte ſic dictam obtinet apud poetas. *Euſtath.* ad *Il.* Ξ. p. 968. ἡμέρα, ὅ ἐστι πρατια Φαυσις, ἡ ἡμέρα κατασασις ἀερος, ὅπερ ἡ νυξ μη ἐχουσα, δειδια λεγεται, δια το Φοβερον καὶ μη ἡμερον. Nec ego apud veteres ſcriptores, inprimis Graecos, legere memini, v. ἡμέρα, *dies naturalis*, Dei ſiue Deae perſonam vnquam induiſſe. Nam quod *Macrobius* in *Saturn.* L. I, c. XV. ait, Cretenſes Iouem, quia lucis auctor ſit, ἡμέραν adpellaſſe, id neque vniuerſim in Mythologiae Graecae dogmatibus receptum fuerat, neque ad locum noſtrum labefactandum facit. Sic etiam trina *Pauſaniae* loca, ed. *Kuhnii* p. 8. 256. et 435. in quibus Ἡμέρα occurrit, huc non pertinent, cum ibi *auroram* denotet. Sed fac etiam, praeteriiſſe me quaedam auctt. vett. loca, in quibus Ἡμέρα perſonam ſuſtinet, parum tamen explicationem hancce labefactaueris, cum haec *diei* et *aurorae* differentia, flagitante ſenſu, in mentem et notam grammatici noſtri inferenda videatur, qui aeque ac ego a veritate aberrare potuerat. *Heſiodi* locus itaque, a Noſtro citatus, ſic interpretandus erit, vt, ſiue cum *Ammon.* ἡμέραι, ſiue ἡμέρη cum *Heſiodo* legatur, de phyſica potius ratione, quam de ſtricta et religio-

ſa

Ἠοῦς δὲ τὸ συναμφότερον, υ) ὃν πάλιν Ἡσίοδος Θείας ὑποτίθεται·

Θείαι δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε σελήνην,
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Γείναντο — —

Ἐπὶ δὲ τῆς σωματοειδοῦς,

Ἀλλ' ἤτοι χ) τοῦτον χρυσόθρονος ἦρπασεν Ἠώς.

Ἧς,

υ) Optimus quisque videbit v. ὃν mira librariorum oscitantia deprauatam, in ἣν mutandam esse. Praeiuit hanc emendationem iam *Valckenarius* de interpretatione h. n. alias desperans. χ) *Vett. edd.* τοῦτον μὲν: et paulo ante, Θείαι δ' αὖθ' ἠέλιον τ.

sa prosopopoeia cogitandum sit. Mox pergit: Ἠοῦς δὲ [quam a *Thia* natam commonstrat ex *Hesiod.* Θεογ. v. 371. seqq.] συναμφότερον, i. e. *non solum κατασημα ἀσωματον est, sicut ἡμερα*, quo sensu sexcenties occurrit, sub nomine κροκοπεπλος, ῥοδοδακτυλος ἠως apud *Homerum*, vbi poetice tantum πρόσωπον accipit, *sed etiam σωματοειδης* i. e. *Deae personam sustinet*, quod probauit ex loco subiuncto *Od.* Ο. v. 250. cui addi potest *Od.* E. v. 121. Ceterum notum est ἠως et ἡμερα saepius per enallagen temporis confundi. *Hesych.* Ἠως, ἡμερα, το πρωτον φως, ἠγουν αὐγη, ἀνατολη, το αὐγος. *Diluculum*, in quo sensu est νυχθημερος, *tempus a summo mane vsque ad meridiem, totumque diem* insignit ἠως in seqq. *Hom.* vv. *Od.* B. v. vlt. *Il.* Θ. v. 66. et *Il.* Φ. v. 155. Ἡμερα pro ἠως occurrit in *Eurip. Troad.* v. 849.

Ἧς, καὶ Ἦθα, καὶ Ἦ, διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ Ἦθα, παρώχημένον δηλοῖ χρόνον· τὸ δὲ Ἧς, τὸν μέλλοντα. Ὅμηρος,

Δηίφοβ' ἦ μέν μοι τὸ πάρος πολὺ φίλτατος ἦθα.

Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἧς, Μένανδρος ἐν Ψευδηρακλεῖ·

Ὑπὲρ μὲν οἴνου, μηδὲ γρῦ γ) τιτθὴ λέγε,
Ἀν τ' ἄλλα δ' ἧς ἄμεμπτος, εἰς τὴν ζ) ἑβδόμην
Βοηδρομιῶνος ἐνδελεχῶς ἕξεις ἀεί.

καὶ

γ) *Vett. edd.* τυτθή. ζ) *Menandri* fragmentum occupauit *Scaligeri* emendatio, ἑβδόμην, pro ἕκτην quod in *Ammonii* editionibus erat. Vitium ſenſerat *Clericus* et proinde edidit ἑχάτην.

Ἧς.] Quae de vv. ἴσθα et ἦ profert *Ammonius* in aprico ſunt poſita, nec de hac re dubitatio. *Phrynichus*: Ἧς ἐν ἀγορᾷ, σολοικον· λέγε οὖν ἴσθα. ὀρθώτερον δὲ χρῶτο ὁ λέγων, ἐὰν ἦς ἐν ἀγορᾷ. Patet vero exinde etiam, quam incerta ſit regula, v. ἦς tantum ἐπὶ μελλόντος adhiberi, cum in *Ariſtophane* ſenſu conſueto non ſemel occurrat. Ἧς pro ἦν frequentauit *Theocritus*. Tutius itaque *Moeris*: ἴσθα, Ἀττικως· ἦς Ἑλληνικως.

Ὅμηρος.] *Il.* X. v. 233. et mox A v. 528.

ἑβδόμην.] Bene cum hoc loco *Heſychium* comparauit *Valck.* in ἑβδομαι τομαι· ἑβδόμην ἡμέραν ἀπογενέσεως παιδίου ἑορταζουσιν. vbi male de *circumciſione* cogitauit *Sopingius*. *Suidas* ex verſ. *Kuſt.* Ἑβδομευόμενα, *celebratio diei ſeptimi. Septimos enim et decimos a natiuitate infantum dies veteres celebrabant, nominaque eis imponebant, alii ſeptimo, alii vero decimo die.* Cfr. eundem in βους ἑβδομος.

καὶ καθόλου πάντοτε οὕτω λέγεται ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν. οἷον, ἐὰν νοῇς, ἐὰν λαλῇς, ὅπως λαλῇς. ἐὰν ἦς ἀγαθός· ὁ γὰρ λέγων πρός τινα, Ἧς ποτε πλούσιος, ἀγνοήσει τὴν διαφοράν, δέον φάναι Ἦθα. τὸ δὲ Ἦ ἀντὶ τοῦ ἔφη, τάττει Ὅμηρος.

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

διαφέρει δὲ τὰ ῥήματα τῇδε, ὅτι τὸ μὲν ἐπὶ a) τρίτου προσώπου μόνον τάσσεται· τὸ δὲ ἔφη, ἐπὶ τριῶν, ὡς ἔφημεν.

Ἡσυχίαν ὁτὲ μὲν σιωπὴν σημαίνει, ὁτὲ δὲ τὴν ἐπιείκειαν, ὁπότε φαμὲν, ἐν πολλῇ διάγειν b) ἡσυχίᾳ.

Θ. Θα.

a) *Aldi* ſcripturam reuocaui, quam primus mutauit ſua in edit. *Valentinus Curio*, ſubſtituendo πρώτου. Hanc lectionem poſtea expreſſerunt *Tuſanus*, *Steph.* et *Vulc.* oppido ridiculam: quanquam ſi verum velimus fateri, vltima haec nota a nemine hactenus fuit intellecta. Auxilio nobis hic fuerunt *Herennii Philonis* ſchedae, e quibus legendum: τὸ δὲ ἔφη ἐπὶ τριῶν, ὡς ἔφην, ἔφης, ἔφη. *Valck.* b) *Vett. edd.* ἡσυχίαν, mendoſe.

Ἡσυχίαν,] *otium*, et ἡσυχίαν ἔχειν et ἄγειν, *tranquille viuere*. Mirum eſt, h. l. et 1 TIM. II. 2. βίον ἡσύχιον διαγειν, non Chriſtiani Grammatici ſuſpicionem in interprete quodam excitauiſſe.

Θ.

Θαλαμὰς ὡς ἀγαθὰς, καὶ Θαλάμας, ὡς μεγάλας, c) διαφέρειν φησὶ Τρύφων παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήσωμεν, δηλώσει τὸ τῶν Διοσκόρων ἱερόν· ἐὰν δὲ βαρυτονήσωμεν, τὰς καταδύσεις μηνύει.

Θαυμάζω, γενικῇ μὲν συνταττόμενον σημαίνει τὸ καταγινώσκω καὶ κατηγορῶ. οἷον, Θαυμάζω τῶν ταύτην ἐχόντων τὴν γνώμην. αἰτιατικῇ δὲ, τὸ ἐπαινῶ. οἷον, Θαυμάζω τὲς ἔτω φρονοῦντας.

Θεημαχίαι καὶ Θεομαχίαι διαφέρει. Θεημαχίαι μὲν γάρ ἐσιν ἡ πρὸς θεὸν μάχη· Θεομαχίαι, d) αὐτῶν τῶν θεῶν πρὸς ἀλλήλες μάχη.

Θεωρὸς καὶ Θεατὴς διαφέρει. Θεωρὸς μὲν γάρ ἐσιν

c) *Tuſani* ed. διαφέρει. φησὶ T. d) Vitioſe in quibusdam edd. τῶν αὐτῶν τῶν θεῶν.

Θαλαμαι.] Differentiam manifeſtat *Euſtathius* variis in locis. Θαλαμος εἰς ὁ ἐνδοτατω, καὶ το ἐξωτερω αὐτου δωμα, καὶ μετ' αὐτα ἡ αὐλη. Ἡ Θαλάμη οὐ δομον δηλοι, καταδυσιν δε τινα των ζωων ἀλογων, οἱον πολυποδων και τινων τοιουτων, ὁθεν μεταφορικως καὶ Θαλαμιται καὶ Θαλαμακες ἐρεται οἱ ὑπο τους θρανιτας. Θαλαμαὶ, τοποι ἱεροι Διοσκουρων, ὡς Ἀιλιος Διονυσιος παρεσημειωσατο. fine dubio in Lexico ſuo Rhetorico, quod faepiſſime laudat *Euſtath.* Qualiumcunque Deorum templa Θαλαμαὶ ſunt vocata, monuit ὁ παυ *Salmaſius* in *Exerc. Plin.* p. 440. B.

Θεωρος.] Nomen θεώρων, per ſane honorificum, diuerſi

ἐςιν ὁ εἰς θεὸς πεμπόμενος. Θεατὴς δὲ, ὁ ἀγώνων καὶ θεάτρων.

diuersi generis legatis olim fuit tributum, nullis, nisi τοις εἰς θεους πεμπομενοις· qua generaliori loquendi ratione, praeter *Ptolem. Ascal.* qui *Amm:* sequitur, vsus etiam fuit in Lex. *Hipp. Erotianus* [ed. *Franzii* p. 182.] subiungens, χρησμων ἐπισκεψεως χαριν. Illis quidem id nominis eximie adhaesit, qui ob rem, siue publicam, siue priuatam, Delphos, aut aliouorsum proficiscebantur. *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 113. Laius Θεωρος ἐκδημων. *Schol.* ὁ προς τους θεους δια χρησμον ἀπερχομενος. [Nauis, quae vehebat legatos, audiebat θεωρις.] Qui Iouis Ammonis oraculum consuluerant, θεωρους vocat *Serinus* apud *Stobaeum* Tit. VII. p. 91. Neglecti officii adcusantur Athenienses in oraculo Dodonaeo apud *Demosth.* in Midiana: ὁ του Διος σημαινει, ὁτι τας ὡρας παρηνεγκατε της θυσιας και της θεωριας· αἱρετους δε πεμπειν κελευει θεωρους ἐννεα· vbi notatu digna sunt, quae scribit *Vlpianus* pag. 203. θεωροι ἠσαν οἱ τας θυσιας τοις ἐξω θεοις ἀποφεροντες. Quod autem res ipsa suadet, munus θεωρου admodum fuisse honorificum ex *Demosth.* de falsa legat. aestimare licet, non nisi primi ordinis et dignitatis praecipuae viros ad istud obeundum electos: ὡςε μητε τους ἐκ της βουλης θεωρους, μητε τους θεσμοθετας εἰς τα Πυθια πεμψαι, ἀλλ' ἀποςηναι της πατριου θεωριας. Missos fuisse cum *Legatis*, θεσμοθετας, ἱνα μειζον ἢ το ἀξιωμα της θυσιας, monuit *Vlpianus* in commentat. ad h. l. p. 112. Prae reliquis vnus eminebat Ἀρχιθεωρος. *Valckenaer.*

Θεατης.] etiam ille, *qui rem quamcumque inspicit. Eurip. Suppl.* v. 652 et *Bacch.* v. 827. Θεωρειν de *ludis Olympicis* semel adhibet *Aristoph.* in Vesp.

e) Πότερον θεατὴς, ἢ χάριν μαντευμάτων; καὶ Αἰσχύλος·

Βοᾶς τοιῶδε πράγματος θεωρὸς ὤν.

ἁμαρτάνουσιν ἓν οἱ λέγοντες, θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα· δέον εἰπεῖν, θεάσασθαι· διαφέλλει ἓν τοῦτο ἐπιμελῶς f) Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ

e) Excidit procul dubio ex *Amm.* quod apud *Herenn.* legitur Εὐριπίδης ἐν Ἴωνι [v. 301.] vbi pro πότερον habes πότερα. In *Aeſchyli* v. pro Βοᾶς coniici poſſet Θόας. *Valck.* f) *Vulc.* ed. Λισιμ. Pro Καικίλιον *vett. edd.* Κεκίλιον et Κεκίλιος.

v. 1273. vbi metro aliquid tribuendum erit. Mirum in modum hanc ob rem Grammaticos, et *Amm.* in ſpecie increpauit cl. *Sallier* ad *Thomam* M. qui in θεωρὸς ab *Ammonio* diſcedens, ait: θεαμένοι οὐ μόνον ἡ θεωρία τινος πραγματος, ἀλλα και ὁ τοπος, ἐν ᾧ καθημενοι ἐθεωρουν τα ἐν τω θεατρω τελουμενα. De θεωροις adhuc vid. *Schol.* ad *Hippol. Eurip.* v. 292. et ibi *Barneſium.*

Λυσιμαχίδης.] Si quis ſub teſte *Lyſimachide* ab *Ammonio* prolata, rite animaduertat, non facile hunc fuiſſe credet libri *Lyſim.* quem *Noſtri* edd. praeferunt, indicem. Ego certe nullus adſequor, qui in huiuscemodi argumenti libro haec materia commode pertractari potuerit. Modo a Caecilii cogitatione animus ſit liber, non dubitabis mecum reponere: περι των παρα τοις Ἀττικοις ἑορτων· Leuiſſimam mutationem ſuadet *Harpocration*, qui in v. Σκιρον teſtes citat, τους γραψαντας περι τε ἑορτων και μηνων Ἀθηνησιν, ὧν ἐστι και Λυσιμαχιδης. De feſtis egerant, eidem

περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων, καὶ πολλῶν παραθέσεις ποιεῖται, καὶ ἔστι τὸ Θεάσασθαι,

eidem alibi citati, *Apollonius* Archanenſis, *Philochorus* et alii, quos inter *Lyſimachides:* fieri non poterat, vt qui feſtos Athenienſium dies exponerent, non ſimul menſium etiam haberent rationem: neque mirarer, potiorem tantum operis partem ab *Ammonio* memorari, cum et alibi Lamprenſis *Ammonii* τὸ περὶ θυσιῶν citauerit, qui tamen liber περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν inſcribitur apud *Harpocrat.* Idem Lyſimachides, quamuis nomen in Fabriciano indice non compareat, teſtis adducitur in *Scholiis* ad *Soph.* Oed. Col. v. 56. quaeque ibi de Prometheo et Vulcano, Athenis vno in loco cultis, ſub eius nomine producuntur, ex eodem libro videntur deſumta. Haec quidem ſpecie ſua non carent: at *Caecilii* nomen coniecturae meae dubium obmouet, cui non ſim ſoluendo. *Caecilium* quendam, ſub Auguſto in primis clarum, in oratoribus antiquis illuſtrandis operam ſuam collocaſſe, liquido conſtat, deque eo notant Commentatores ad *Longinum.* Ea res *Voſſium* et I. *Ionſium* de Hiſt. Philoſ. Script. III. c. I. §. 5. permouit, vt ſuper recepta in *Ammonio* ſcriptura nulli dubitauerint. Suſpicionem, quam poſui, nondum tamen repudio, neque horum me auctoritas de priori ſententia dimouit. De Rhetoribus ſcripſerat *Caecilius:* idem de Lyſimachide nemo tradidit: ac propterea eo deuenit *Ionſius,* vt hac ratione in *Ammonio* vertendum cenſuerit: *Lyſimachides libro aduerſus Caecilium, de iis, quae apud Rhetoras Athenienſes occurrunt:* quae quam ſint a Graecis aliena, vel tiro viderit. Interim *Caecilii* mentio apud *Harpocr.* in v. Ἐξουλῆς ad *Amm.* comparari debet. *Valck.*

ὥσπερ πρόκειται, παρὰ τὴν θέαν· τὸ δὲ Θεωρεῖν (φησὶν) ἔκ ἄλλό τι ἢ τὸ τῶν θεῶν ὠρεῖν, τοῦτο δὲ τὸ φροντίζειν. διὸ καὶ τοὺς τῶν θεαμάτων ἕνεκα πεμπομένους, σὺν θυσίαις δὲ καὶ εὐσεβείᾳ, πάντας ὠνόμαζον θεωρούς. καὶ τὸ τοῖς Ἀθηναίοις διδόμενον Θεωρικὸν, ἐχὶ g) διὰ τὰς θέας, (ὡς Καικίλιος ὑπέλαβεν) ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν, καὶ ἐπιθεῖν, καὶ εὐφραίνεσθαι,

Θεράποντες καὶ Οἰκέται διαφέρουσι. Θεράποντες μὲν γὰρ οἱ ὑπατεταγμένοι φίλοι, h) ὑφ' ὧν θερα-

g) Particulam διά, quae in edd. deerat, iuſſu *Scaligeri* in textum introduxi. *Valck.* h) Haec veterum edd. et e. i. lectio eſt, male in ἐφ' ὧν a *Stephano* mutata.

Θυσιαις δε] Mallem θυσ. τε. V.

Ἐπιθειν] Antiqua lectio fuit, vti auguror, ἐπιθυειν. *Moſchopulus* περι χιλιων p. 10. Θεωρικα χρηματα diſtributa fuiſſe ſcribit, εἰς θεας, και ἑορτας, και θυσιας, ἱνα μη της θεωριας αὐτων ἀπολιπωνται. *vt ne quis* pauperior *feſtorum celebritate careret.* Plura de *Theorica pecunia* notarunt S. *Petitus* ad LL. AA. pag. 340 et 476. *Valcken.* Θεωρικα χρηματα, τα εἰς θεων τιμας και ἑορτας διδομενα ἐν τοις Παναθηναιοις και Διονυσιοις. Θεωρικον ἀργυριον, το εἰς θεων ἑορτην διδομενον, θεωριας ἑνεκα, του και τους πενητας μετεχειν των θεωριων. *Heſych.*

Θεραπων.] δουλον ὁπλαφορον δηλοι κατα την Κρητων γλωτταν, ἀλλα παρα τω ποιητη [*Homero*] ὁυδαμου θεραποντες οἱ δουλοι, ἀλλα των φιλων οἱ δρασικωτεροι. *Euſtath.* ad Il. T. p. 1240. Multa vero fuiſſe veteribus ſeruorum genera, patet

θεραπεύονται οἱ προσήκοντες· Οἰκέται δέ, δεσποτῶν.

Θέσθαι καὶ Ὑποθέσθαι διαφέρει. Θέσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ὑποθήκην· Ὑποθέσθαι δὲ, τὸ δοῦναι ὑποθήκην.

tet ex eodem *Euſtath.* ad *Od.* O. pag. 1031. vbi non paucae δουλικαὶ κλῆσεις recenſentur, quas adponens praeter rem nihil facturus mihi videor. Οἰκεται, οἱ κατα την οἰκειαν διατριβοντες, κἂν ἐλεν ἐλευθεροι. Ἦσαν δε ἀλλως δουλικαι λεξεις ἐν Κρητη μεν, οἱ κλαρωται δια το κληρωθηναι. ἐτι δε οἰκεται μεν, οἱ κατα πολιν χρυσωνητοι. ἀμφαμιωται δε, οἱ κατα ἀγρον ἰδιοι δουλοι. Ἑκαλουν δε Φασι Κρητες, και μνοιαν την κοινην δουλιαν, και μνωντας τους ἐγγενεις οἰκετας· Παρα δε τοις γλωσσογραφοις, παρ' οἷς και ὁ Θεραπων δεδουλωται, δουλικα ὀνοματα και οἱ ἀζοι, και οἱ παλμονες, και οἱ λατρεις και οἱ ἐρκιται, οἵπερ εἰσιν οἱ κατ' ἀγρον οἰκεται. και οἱ σινδρωνες, οἱ κοινως δουλεκδουλοι. ὑδη δε και οἱ ἀκολουθοι, και οἱ ὑπηρεται. Παρα δε Λακωσιν οἱ παρα το ἑλος ἑιλωτες, ἐλευθερωθεντες, ἐκαλουντο ἀφεται. οἱ δε ἀδεσποτοι. τινες δε ἐρυκτηρες. ἀλλοι δεσποσιοναυται οὓς εἰς τους σολους κατετασσον. Plura ſeruorum nomina videſis in v. Θης et Οἰκοτριψ.

Θεσθαι] *Thomas* addit et aliam poteſtatem, το ἀρεσθηναι ὡς το, τουτοις ἐθεμην ſc. ψηφον, *calculum meum his adieci, ſuffragio meo eos probaui*, vnde ſignif. ἀρεσθηναι, *adquieſcere in aliqua re, adprobare aliquid*, id quod erudite commonſtrarunt VV. DD. ad *Magiſtrum*. Ὑποθεσθαι και το συμβουλευσαι auctore eodem Grammatico.

Θέλειν καὶ βέλεσθαι ἐὰν λέγῃ τὶς, δηλώσει, ὅτι ἀκουσίως τε καὶ ἐυλόγως ὀρέγεται τινός.

Θερίζειν, τό, τε i) διατρίβειν τὴν τῦ θέρους ὥραν, (ὡς τὸ Χειμάζειν) καὶ τὸ τὸς Δημητριακὸς καιροὺς συλλέξαι.

Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς διαφέρουσιν, καθὼς Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν παιάνων Πινδάρυ φησὶν, Καὶ τὸν τρίποδα ἀπὸ τότε Θηβαγενὶς πέμπουσι τὸν χρύσεον εἰς Ἰσμηνὸν πρῶτον. Ὃ τὶς δ' ἐστὶ διαφορὰ Θηβαγενέων τρὸς Θηβαίους, Ἔφο-

i) *Vett. edd.* διατρίψειν. l) E. i. τὶ δ' ἐστὶ et mox Ἔφερος vitiose.

Δημητρ.] κ. *Hesych.* Δαμματριζειν, το συναγειν τον Δημητριακον καιρον. Κυπριαι.

Διδυμος ἐν ὑπ. Vti reliqua quae in nota ex *Ephoro* obseruauit *Ammonius* propter mendas, quibus sunt inquinata, densam mihi offuderunt caliginem, ita priora Grammatici verba non minus sunt obscura. Cum enim ignoremus, quid in *Didymi* commentario praecesserit, dici etiam non potest, quo eius verba ἀπὸ τουτου referri debeant. Quod tamen poterimus lucis, id optimo Grammatico adferre non pigebit. Hunc in finem *Pindari* verba adscribam ex *Pyth. Od.* XI. v. 6-11. In hac Ode Thebanum Thrasydaeum laudaturus primum adloquitur Καδμου κοραις, Semelen et Ino, quas vna cum Herculis matre ire iubet

— Χρυσεων
εἰς ἄδυτον τριποδων
θησαυρον, ὃν περιαλλ' ἐτιμασε Λοξιας,
Ἰσμηνιον δ' ὀνυμαξεν ἀλαθεα μαντειων
θωκον·

Huic loco is ex Paeanibus fine dubio fuit adfinis, ad quem

Ἔφορος ἐν τῇ δευτέρᾳ φησί. m) ἔτοι μὲν ὖν συνεταύχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν. τοὺς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁμόρους προσοικοῦντας ἰδίᾳ Θηβαῖοι προσηγάγοντο πολλοῖς ἔτεσιν. ὕστερον δὲ οἱ σύμμικτοι ἦσαν πολ-

H 5 λαχό-

m) *Ephori* verba in hunc modum reſtituenda cenſuit. I. I. *Reiſke*: Ὅσοι μὲν ὖν συνεπήχθησαν εἰς τὴν Βοιωτίαν, τοὺς δὲ τοις Ἀθηναίοις ὁμόρους, [προσοικοῦντας] ἰδίᾳ Θηβαῖοι προσηγοροῦντο· πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον δὲ οἱ σύμμικτοι ἦσαν πανταχόθεν, ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα χώραν, καὶ τὴν ἀπεναντίον [l. *Schultens* ex coni. ὑπεναντίον] τῆς Εὐβοίας. ἐκαλοῦντο δὴ Θηβαγενεῖς etc. vt hic ſit verborum ſenſus: *quotquot in Boeotiam adducti fuerint, et ad Atticorum confines, eximie Thebanos audiiſſe. Caeteros, multis poſt annis, qui vndecunque collecti, ad Citheronis radices et ex Euboeae regione conſederint, dictos eſſe* Θηβαγενεῖς.

quem olim commentabatur *Didymus*, in cuius verbis facile vides ſcribendum Ἰσμήνιον. Sequens vocabulum πρῶτον quid hic notet, minus perſpicio. In hoc μαντεῖον iis tantum, qui erant Θηβαγενεῖς, licebat τριποδοφορεῖν. Sic *Didymus* et *Schol. Pindari* ad Od. cit. v. 5. τριπόδων δὲ εἶπε θησαυρὸν τὸ Ἰσμήνιον, διὰ τὸ αὐτοθι πολλοὺς ἀνακεισθαι τρίποδας. οἱ γὰρ Θηβαγενεις ἐτριποδοφορουν ἐκειστε. *Valck.*

Ἔφορος] ἐν τῃ δευτερᾳ ſc. τῆς ἱστορίας, Εὐρωπη δ' ἐπιγεγραφομενη βιβλω. Hic enim *Ephori* liber et alius, ἡ Εὐρωπης πολιτεια, cum aliis eius ſcriptis a *Strabone* laudatur. Fuit autem *Ephorus* noſter, tradente *Suida*, aequalis Theopompi Chii, et cum eo Iſocratem audiebat. Ambo ingenio et ſcribendi genere maxime

λαχόθεν, ἐνέμοντο δὲ τὴν ὑπὸ τὸν π) Κιθαιρῶνα χώραν, καὶ τὴν ἀπομέντιον τῆς Εὐβοίας. ἐκαλοῦντο δὲ Θηβαιγενεῖς, ὅτι προσεγένοντο τοῖς ἄλλοις Βοιωτοῖς διὰ Θηβαίων.

Θῆς, Λάτρις, Ἀμφίπολος, Ἄτμενος, διαφέρουσι. Θῆς μὲν γὰρ, ὁ ἐπὶ μισθῷ δουλεύων·

— θῆτές τε δμῶές τε.

Λάτρις δὲ, ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς, καὶ ἐπὶ δουλείαν προσαχθείς. Ἀμφίπολος δὲ κοινὸν ὄνομα

π) E. i. ἠνθαιρῶνα.

maxime inter se discrepabant. Ephorus in dictione historica segnis semperque remissus, Theopompus vero copiosus et vehementiae plenus erat. Dicebat propterea Isocrates, hunc frenis, Ephorum calcaribus indigere.

Θῆς.] Homines *pauperes*, sed *liberi*, qui *mercede operas suas* ditioribus *locabant*, Θητες vocabantur. *Poll.* III. 82. Πελάται δὲ καὶ Θητες, ἐλευθερων ἐστιν ὀνόματα, διὰ πενιαν ἐπ ἀργυριω δουλευοντων. Hoc sensu θησσα γυνη legitur apud *Apollon. Rhod.* I. v. 193. Solonis aeuo Athenis inualuit, vt quarta et infima ciuium pars, το θητικον, quique ex hac plebe censerentur, θητες et θησσαι nuncuparentur. Vid. *Petit.* ad LL. AA. [p. 249 et 551.] Deinde Λατρις et Ἄτμενος, qui natura etiam liberi, seruitutem seruiebant, siue bello capti, siue alia ratione in eum statum redacti. Inde recte *Hesychius*: λατρευει, ἐλευθερος ὢν δουλευει. Versus *Eurip. Helen.* 734. vbi nuncius ait,

Ἐγω μεν εἰμι, καὶ πεφυχ' ὁμως λατρις, κ. τ. λ.

Ammonii legem non parum labefactant, et eorum potius, qui usum voci ampliorem

tri

ὄνομα ἄῤῥενος καὶ θηλείας ὄβλης. Ἄτμενος δὲ ὁ μόνον ὁ ὄβλος, ἀλλὰ καὶ ὁ ὑποτεταγμένος ἐλεύθερος.

Θράσος καὶ Θάρσος διαφέρει. Θράσος μὲν γάρ ἐστιν, ἡ ἄλογος ὁρμή· Θάρσος δὲ, ἔλλογος ὁρμή.

tribuebant ſententiam adſerit. *Euſt.* ad Od. Ξ. p. 531. Λατρις κατα τινας μεν ὁ ἁπλως θεραπων. dignioris ordinis miniſter et pediſſequus. Vltimum nomen ἄτμενος rariſſimi, ni fallor, vſus, non ſolum ſeruum, ſed et, auctore *Ammonio*, τον ὑποτεταγμενον ἐλευθερον denotat. *Valck.* Vt ſeruilium nominum, quae ad v. θεραπων ex *Euſtath.* adtulimus, numerum compleamus, reliquam eiusdem ad Od. Ξ. pag. 531. obſeruationis, qua iam *Valck.* vſus eſt, particulam adponere lubet. Δουλος μεν τοι, μοναζει τη δουλεια, καθα και ὁ δμως, ὡς δηλον και ἐν τω, θητες τε, δμωες τε. οὑτω δε και το ἀμφιπολος, κοινον φασιν ἄῤῥενος δουλου και θηλειας ὀνομα.

Θύρα θρασος.] *Scholiaſt.* ad *Eurip. Med.* v. 470. pro conſuetudine, non ſatis vere hh. vv. differentiam tradit, ſcribens: Θρασος και θαρσος διαφερει ὡς ἀρετη κακιας. το μεν γαρ ἐπι κακου και ῥιψοκινδυνου τασσεται, το δε ἐπι ἀγαθου. ὁθεν οἱ ἀγαθοι αὐτο διωρισαν οὑτως, ὁτι θαρσος μεν το της ψυχης παρασημα μετα λογισμου, θρασος δε ἡ ἀλογιστος τολμα. Inepte ibi reprehendit Euripidem, quod non ad mentem ſuam v. 469. θαρσος pro θρασος adhibuerit: nam innumeris in locis vett. auctt. nec apud poetas ſolum, hae voces confunduntur. Vid. *Alceſt.* v. 608. Inde *Heſychius*: Θαρσος, ἀνδρεια, θρασος. *Euſtath.* Θαρσος θερμοτης ἐμφρων [*animi confidentia*] ἐναντια τω θρασει [*audacia* ſive

Θύρα καὶ Θυραία διαφέρει. Θύρα μὲν γάρ ἐστιν, ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη. Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ, Θύραν ἔξελε. Θυραία δὲ, τὸ μέλλον πρὸς ἐκκοπὴν θύρας μέγεθος.

Θύεσθαι τῷ Σφάττεσθαι διαφέρει. Θύεσθαι μὲν γάρ ἐστιν, ἐπὶ τιμῇ θεῷ· καὶ τὸ μαντεύεσθαι ο) ἐπὶ τιμῇ διὰ σπλάγχνων Θύεσθαι φαμέν. Σφάττεσθαι

ο) *Pierſon* V. C. ad *Moerin* acute: „Deletis vocibus ἐπὶ τιμῇ ſcribendum, καὶ τὸ μαντέυεσθαι διὰ σπ. Sic ſtatim *Ammonius* in θύονται.„ Quae ſequuntur ἤντινα οὖν male in *Valckeriana* ed. cohaeſerant, et hic ſeparata ſunt.

ſiue ἀλογος ſiue ἐλλογος.] Inde θρασυμεμνων ſenſu bono et περι ἐλλογου ὁρμης vſurpatur, in Il. E. v. 639. pro ἐυτελμος, θαῤῥαλεος, vbi male *Euſtath.* h. v. ex θαρσος et μενος compoſitam ait. Vulgaris enim ſignificatus v. θρασυμεμνων, ὁ θρασυς κατα μενος, τολμηρος, τραχυς, σκληρος, veram a θρασος originationem innuit.

Παρακαταθηκη. Nomen dramatis, Athenaeo, Heſychio et Polluci laudatum. *Photius* in *Lex.* MS. Θυραια, το ἀνοιγμα της θυρας. Μενανδρος. Et Θυραιαν, την του μεσοτοιχου διακοπην, qua explicatione ad h. l. nihil adcommodatius. Neſcio, cur iterum *Valck.* hanc obſeruationem corruptam eſſe putauerit. *Heſychius*: Θυραια, και ἡ μεταξυ δυο οἰκιων θυρα.

Θυεσθαι καὶ σφ.] Eadem fere eſt in Cyrilli vocabulario nota. Verba Grammatici haud pigebit adpoſuiſſe: Θυεσθαι του σφαττεσθαι διαφερει.

τεσθαι δὲ, τὸ δι' ἥντινα ἔν αἰτίαν φονέυσασθαι· καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἀλόγε, τὸ δ' ἐπ' ἀνθρώπε p) τάττεται.

Θύουσι καὶ Θύονται διαφέρει. Θύσσι μὲν γὰρ οἱ σφάττοντες τὰ ἱερεῖα· Θύονται δὲ οἱ διὰ τῶν σπλάγχνων μαντευόμενοι.

Θύρα

p) Quod in *vett. edd.* extat τάττεσθαι forsan indicio fit, olim lectum fuisse σφαττεσθαι.

φερει. ὅτι το μεν θυεσθαι δια σπλαγχνων θυεσθαι φασι. το δε ΣΦαττεσθαι το φονευεσθαι καθ' ἥντινα αἰτιαν, και το μεν ἐπ' ἀλογου, το δ' ἐπι ἀνθρωπου. *Valck.* Non leuia sunt, quae in *Thoma* adduntur: και θυεται οὐ μονον ἀντι του σφαττεται, ἀλλα και ἀντι του θυει: cuius rei veritas in scriptoribus antiquis passim comprobatur.

Θυουσι.] *Eustath.* ad Od. Ξ. v. 446. p. 554. ἐθυσε θεοις, κατα τους παλαιους, ἐθυμιασεν. οὐδεποτε γαρ φησι, παρα τω ποιητη, το θυσαι ἀντι του σφαξαι ἱερειον, λεγεται. συλλαλει δε τουτοις, και ὁ γραψας, ὁτι σφαξαι μεν το ἱερουργησαι ζωον, θυσαι δε, το θυμιασαι: θυη δε τα θυμιαματα, ὁθεν και νεφος θυοεν, και κολπος θυωδης. Sic etiam *Suidas*: θυσαι το σφαξαι. και το θυμιασαι παρ' Ὁμηρω: et *Schol.* ad *Theocr. Idyll.* II. v. 10. Interim non abiicienda erit Nostri obseruatio: Θυειν enim de *thure, frugibus*, et *primitiis* apud *Homerum* solum et antiquissimos scriptores occurrit: recentioribus idem est ac σφαξαι. Vid. *Aeschyli Agam.* v. 682. et ante omnes

Θύρα καὶ Θύραι q) διαφέρει. Θύρα μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπίθεμα τὸ ἐκ τῶν σανίδων· Θύραι δὲ τὸ ἄνοιγμα αὐτὸ, καὶ τὰ χαλάσματα τῆς θύρας.

Θυμὸς μέν ἐστι πρόσκαιρος· Ὀργὴ δὲ, πολυχρόνιος μνησικακία.

Ἱερεῦσαι

q) *vett. edd.* διαφέρουσιν.

omnes *Sallierum* V. C. ad *Thomam.* Θυεται, ἱεροσκοπειται. *Heſych.*

Θυρα.] *Auctor* voc. acc. diſtinct. Θυρα, ἡ, *oſtium*, h. e. *lignum*. Θυραι, αἱ, *fores* h. e. *apertura*. Diſcrimen haud agnouit *Moſchopulus*. Θυρα καὶ πυλη λεγεται· αἱ σανιδες αἱ ἀνοιγομεναι καὶ κλειομεναι, καὶ το διασημα ὁπερ ἐπεχουσιν αὐται. *Valck.*

